


253
4 F
23





X/X 63

M. TULLII CICERONIS

ORATIONUM PRO M. FONTEIO
ET PRO C. RABIRIO

FRAGMENTA

T. LIVII LIB. XCI. FRAGMENTUM


PLENIUS ET EMENDATIUS

L. SENECAE FRAGMENTA

EX MEMBRANIS BIBLIOTHECAE VATICANAE

EDITA A

B. G. NIEBUHRIO C. F.



24

ROMAE 1820.

EX TYPOGRAPHIA DE ROMANIS

Prostant Romae apud M. de Romanis, Berolini apud G. Reimerum, Parisiis apud Le Normant.

24



Parva sunt haec: sed parva ista non contemnendo maiores nostri maximam hanc rem fecerunt.

T. LIVIUS.

SANCTITATI

DOMINI PII VII.

PONT. MAX.

HAECCE ANTIQVITATIS MONVMENTA

IPSO ANNVENTE

EX BIBLIOTHECA PONTIFICIA

IN LVCEM PROLATA

VENERABVNDVS

DEVOTVSQVE CVLMINI EIVS

D. D. D.

EDITOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Triennium iam est quum de evulgandis fragmentis Ciceronianis in bibliotheca Pontificia a me inventis excriptisque, quæ ad duas ex mutilatis orationibus accedunt, cum quibus alia in eodem volumine servata coniungebam, consilium et cepi et indicavi. Quod quidem opus illo tempore auctori satis perfectum videri poterat ut in lucem publicam prodiret: codicis enim ex diversissimis fragmentis coagmentati notitiam conscripseram accuratam: fragmenta Ciceroniana recensueram, et, quoad vires meae ferebant, versus truncatos suppleveram, scholia quaedam addideram, et de illis orationibus, quæ bona mea fortuna incrementum accipiunt, quædam disputaveram ad quæ præsens occasio hortabatur: scripturæ denique imaginem tabulæ incidendam curaveram. Sed obstitit incoepto primum valetudo, cum domesticis incommodis coniuncta, quæ animum, cuius diutino dolori relaxationem hoc ipso labore quæsiveram, omnium rerum tædio afficiebat; mox, ut ab his malis ex aliqua parte respirare concessum fuit, alia mora iniecta est, non adeo, ut verum fatear, festinanti. Nam quum meorum inventorum pars non plane ultima esset duarum frag-

menti Liviani columna un ar in editione Romana, paucis versib s excep s, deficiunt, fere integra restitutio, mihique casu innotesceret plenius eas legi in editione Brunsii Hamburgensi, quam, qui sine ulla huius rei suspicione Romana semper contentus fuissem, ne in Germania quidem inspexeram, illa certe paranda erat, ne muneris loco quæ iam tenerentur proferrem. Unde tamen hanc editionem nisi ex Germania? Quo quantum temporis absumtum sit ii iudicabunt qui Romæ cum huiusmodi difficultatibus ipsi conflictant. Tandem ad me allatus est liber, et iam nihil erat cur operam susceptam non exequerer: sed annus interea circumactus erat ex quo in his paginis elaboraveram, et iam mihi ipsi nimis tenues videbantur nisi aliquid amplius cum iis coniungi posset, quod tamen non suppetebat. Atque iam antea multum alacritati meæ demserat mors Garatonii, quem unum, dum ista transcribebam et de iis commentabar, iudicem opellæ sapientissimum eundemque æquissimum, gavisurumque qualicunque Ciceronis sui commodo, mihi statuebam. Itaque per multos menses iacebant in scriniis repositæ et pene abiectæ chartæ, donec instituta collectionum Lagomarsinianarum excerptio me ad hæc Ciceroniana quæ solus possidebam, revocaret: et parui tandem obiurgationi amicorum cessationem increpan-

tium. Instaurata igitur membranarum pervestigatione, iam recens ad opus et a conceptis opinionibus liber, nonnullis locis errores a me in legendo commissos sustuli, quædam de quibus omnino desperaveram legi, in emendationibus atque supplementis plenius mihi satisfeci: paraveram denique interea, licet aliud agens, quæ adnotationibus addenda viderentur. Iam vero si quis hac narratione confessionem aliquam negligentiæ contineri pronuntiabit, iniquior fortasse mihi erit, sed tamen utetur iure suo; itaque adversus hanc reprehensionem non contendam: hoc facile concedent me non illo morbo insanire ut reculis meis immodice delecter.

Ex theatro Marcelli, Kal. Mart. MDCCCXX.

Digitized by Google

In tabula adiecta exhibentur specimina scripturae

1. Fragmenti Liviani
2. Orationis pro Fonteio.
3. Orationum pro Rabirio et Sex. Roscio.
4. Fragmentorum Senecae.
5. A. Gellii.
6. Lucani.
7. Notae arithmeticae.

NOTITIA

CODICIS PALATINI XXIV.

BIBLIOTHECÆ PONTIFICIÆ VATICANÆ

Nobilis est in primis inter codices Latinos bibliothecæ Vaticanæ Palatinus ille, Tobiæ, Iudithæ, Iobi atque Estheris libros continens, ex quo celebratissimum T. Livii historiarum fragmentum eruerunt viri diversa eruditionis laude præclari, Paulus Brunsius, popularis meus, et Vitus Iuvenatius. Verumenimvero antiquioris scripturæ thesauros absconditos ibi in aliis quoque paginis, præter eas quæ ex Livio detractæ fuerunt, servari, ex iis perspiciebatur quæ Franciscus Cancellarius V. Cl. ad editionem Romanam fragmenti Liviani præfatus est, quæque in Galletti Amadesiique testimonio, sub finem libri adiecto, narrantur. Nam ab illo quidem traditur Brunsium, antequam Livius se conspiciendum præberet, in orationis pro Roscio titulum incidisse, atque, quum diversa ab illis a quibus incipit oratio pro Sex. Amerino legeret verba, relicto scilicet spatio vacuo quo primi versus minio scriberentur, irritum gaudium concepisse, quasi principium orationis pro Q. Comoedo invenisset: duumviri autem quorum nomina paulo ante posui, totum codicem ex rescriptis membranis constare testati sunt.

Ea res animum meum iamdiu stimulabat ut codicis adspectum expeterem, siquidem magna spe ducebar fore ut non omnia quæ in eo contecta delitescerent edita in libris legerentur. Atque, ut fere fit, ut, quum

Digitized by Google

semel in aliquo negotio fortunam propitiam experti fuerimus, quasi augurio quodam commoti, idem in re simili expectemus, tanto plus sperabam, postquam Veronæ Gaii institutiones inveneram; etsi iter festinanti non licuerat amplæ molis opus ex tenebris protrahere: ad quem laborem auspiciis Academiæ Regiæ Berolinensis suscipiendum, a me excriptum specimen Goeschenium permovit, virum Iuris civilis scientia præclarum, meum familiarem atque necessarium. Quod si iam tum compertum habuissem instauratorem Neapolitanum Iuvenatianæ editionis Caietanum Meliorem ex illo ipso volumine particulas aliquot velut Ciceronianas, ineditas certe, protulisse, desiderium meum adhuc acrius incensum fuisset: verum hunc Melioris librum, in Germania fere invisitatum, peracto demum labore meo, mihi indicavit Cancellarii singularis erga hospites eruditos voluntas.

Neque fallaces fuisse testes quibus credideram, mox ostendit inspectus codex, in quo amplissimus antiquæ diversorum generum scripturæ modus conspiciebatur, quamqnam sine investigatione accurate de iis quæ contineret iudicari non poterat. Quo autem pretiosior liber haberetur, tanto magis opus erat venia ab Eminentissimo et Reverendissimo Cardinali Consalvio, ut eum pertractare liceret: præsertim quum protinus adpareret plurimis locis nisi adhibito medicamento nihil magnopere effici posse; id quod iam Cancellario intellectum fuerat, qui maxime optandum esse dixit (p. LXIV.) ut aliquod satis efficax excogitaretur. Id vero præstiterant interea artis chemicæ incrementa, paraveramque Venetiis a viro eius artis sane perito indicatum *hydrosulphureum* (quod vocant) *potassæ*: cuius, dummodo probe conficitur, ea

vis est, ut u[illegible] vel tan[illegible]illum atramenti in ductibus calami superfuer[illegible], si tam[illegible]n non ex fuligine confectum Indicumve sit, id eliciat, [illegible]orem integritatemque membranarum minime lædat. Ac quamquam bibliothecæ usus, olim liberrime concessus, ex quo philologia tantas percepit utilitates, propter improborum hominum delicta arctis finibus comprehendi debuit, Eminentissimus tamen Cardinalis, quum pro singulari illa benevolentia qua me in omnibus rebus ornat, tum favore et studio motus quibus litteras bonasque artes complectitur, quæ petebam humanissime concessit. Usus autem sum patrono causæ Illustrissimo et Reverendissimo Viro *Francisco Baldio*, bibliothecæ præfecto, qui deinde talem se mihi præbuit tamque indulgentem, ut, quod unum possum libentissimeque facio, amplissimas eius humanitati gratias publice agendas habeam. Quum enim, naturæ humanæ vitio, nimis sæpe accidere soleat, ut bibliothecarum præfecti, quæ inter res eorum curæ creditas nobilissima censentur, neque adhuc satis explorata sunt, sibi quodammodo privatim servent, a publico usu secludant, iidem tamen interdum impediantur quominus illa in litterarum commodum proferant; unde fit ut tot tantæque res utilissimæ non solum per varia sæcula lateant, sed diris casibus interceptæ intereant; quum hoc, inquam, ingenii humani labe quadam insita fieri soleat, tantum ab eiusmodi invidia afuit candidus Viri Ill. animus, ut, qui ipse propter oculorum debilitatem huic labori minus commode vacare posset, successibus meis non secus laetaretur ac si sibi proprii fuissent.

His præmissis ad explicandam codicis notitiam progredior: in qua tamen illa omnia omittam quæ ex Francisci Cancellarii V. Cl. præfatione peti possunt. Qui

vulgatum temere assignandæ librorum ætatis errorem vitare vult, nihil accuratius pronuntiabit quam libros sacros qui ibi leguntur ante annos ferme mille scriptos esse: quippe noti sunt codices ex ævo Carolidarum, nominibus Imperatorum insigniti qui eos confici iusserunt, qui eandem prorsus litterarum formam exhibent, scripturam scilicet uncialem inscitam: quæ quum in quaternione qui ex Pisoniana oratione in tabulario Basilicæ Vaticanæ superest prorsus eadem sit, efficitur quam vere Garatonius eum ad idem tempus referat. Equidem profecto hoc litterarum genere scriptum codicem quem certæ temporis notæ iuniorem imperio Caroli Calvi demonstrent, nusquam vidi, neque qui ad septimum sæculum referri debeat, quo adhuc pulchræ illæ, quas vocant unciales, litteræ passim in libris scribendis adhibebantur. Loquor autem de his quæ ipse vidi, neque quicquam pertinaciter affirmo; quippe qui probe sciam quam lubrica sit fallaxque hæc tota de ætate antiquissimorum codicum ratio. Verum eius ætatis quam in universum codici tribuo, aliud argumentum haud infirmum præbet lingua rustica, quæ plurimis locis, pravo præsertim casuum usu, sermonem D. Hieronymi dehonestat.

Hic igitur codex ante sæculum undecimum, ut videtur, discerptus fuerat, ita ut pars magna periret, pessime haberentur quæ priores supersunt ex reliquis schedis per aliquod tempus dissolutis, maiorem, ut videre est, madoris vim expertæ. Illo enim sæculo resartus est, partim litteris uncialibus barbare exaratis, partim minusculis eius ævi, in membrânis crassis et vilibus. Antiquæ autem membranæ, præter unum quinternionem in quaterniones compositæ, quorum seriem in ima pa-

gina ultima un[illegible]cuiusque additus numerus indicat, prorsus omnes e dis[illegible]bris veteribus collectæ, bonæ sunt; quasdam, licet scal[illegible]essime mulcatas, elegantes nitidasque olim fuisse agnoscas. Ex illarum igitur numero tunc interciderant quaternio primus, et ex secundo folia duo: deinde ex ordine tertius, quartus et quintus: denique octavus et nonus. Neque illa una pernicies fuit quam liber, qui tam præclaras reliquias servaret, experiretur. Iterum enim resolutus, iterumque deminutionem passus est: siquidem deficit, quod tamen a secunda manu suppletum fuerat, initium libri Tobiæ usque ad vocem *caprarum* v. 20. cap. II.: periit etiam quaternio integer ante folium ut nunc numeratur 129., quo continebatur libri Iobi pars illa quæ est a versu 16. cap. XXVIII. post verba *lapide Sardonyche pretiosissimo*, usque ad verba *adversum amicos eius* v. 5. c. XXXII.: quem superfuisse quo tempore mutilatus liber supplementa acciperet inde apparet, quod, quum librarius, qui illa scripsisset, novos quaternionum numeros ab octavo usque ad codicis finem adderet, in hac quoque serie numerus desideretur, neque quicquam suppletum sit: interciderunt denique ultimæ paginæ libri, qui desinit in versu 6. cap. X. libri Estheris. Atque hæc quidem hactenus: quæ si cui nimis plena de rebus tenuibus videantur, codicis id dignitati concedat: iam vero ad schedarum notitiam accedamus, ex quibus antiquior eius pars constat.

1. Prima inter illas comparent sex folia ex duobus *L. Annæi Senecæ* scriptis, quorum memoria penitus interciderat, petita: unum, quo initium libri *de vita patris* continetur; reliqua quinque *de amicitia* disputationem exhibent, quo tamen titulo libellum inscriptum

fuisse præstare nolim. Iam vero codex ille cuius reliquiæ ad hunc usum convers[illegible]t, eiusdem formæ fuit qua libros biblicos scribi placuit, singulæque paginæ singulis respondentes, ut nunc se habet codex, 10. 15. 39. 40. 43. 44. numerantur. Hæ sunt quas paulo ante situ et madore corruptas fere evanuisse indicavi, quo factum est ut partem antiquæ scripturæ assequi non potuerim. Scriptionis specimen, cuius indoles investigandi facultatem haud parum auget, in tabula dedi. Eam semi-minusculam satis apposite nominare possumus: typorum autem qui in libris imprimendis adhibentur origo manifesto inde repetenda est. Denique titulus libri *de vita patris* illam refert qua in scribendo utimur: quæ facile in tabellionum quoque scriptione agnoscitur, quoties, sive in chartis sive in membranarum marginibus, perspicue, non ligatis inter se ductibus, scribere placuit. Utrumque autem scripturæ genus quod in his Annæanis conspicitur, in volumine librorum S. Hilarii de Trinitate obtinet quod in tabulario Basilicæ Vaticanæ asservatur; Carthagine sub Trasimundo Vandalo rege, primis sexti sæculi annis, scripto: cuius subscriptiones, de quarum antiquitate sanus nemo dubium movere poterit, eam exhibent speciem, ut obiter inspicienti facile in mentem venire possit eas ante duo vel tria sæcula adscriptas esse. Itaque minime crederem huius scripturæ usum sæculis intermediis omissum fuisse: quamquam haud scio an nihil illo genere exaratum ex eo ævo supersit: Petrarchæ certe epistola, quæ Patavii ostenditur, iis litteris scripta est quibus tunc in codicibus utebantur. Quod vero ad litteram semi-minusculam attinet, volumen alterum Codicis Theodosiani inter libros manuscriptos Reginæ, haud dubie ad eadem

fere cum codice S. Hilarii tempora referendum, eadem illa, licet crassiore [illegible]um est: idemque de fragmentis orationum Symmachi Romanis et Mediolanensibus valet.

2. Ex Pharsalia *M. Annæi Lucani* in secundo quaternione bina supersunt foliorum paria, inter Senecæ ea quæ primo loco commemoravi interposita. Sunt ea quidem, pariter ut hæc, octavæ quæ dicitur formæ, sed grandioris, unde simul cum ora versuum pars resecta est. Continent autem sexti libri versus 21—62, 228—267. septimi 458—537: poetæ nomen in summa pagina non legitur, libri indicati sunt; igitur, agnito auctore, quem unus alterve versus lectus prodebat, nullo negotio ubi extarent inveniebantur. Postea vidi Caietanum quoque Meliorem intellexisse Lucani quædam sub recentiore codicis scriptura extare. Verum quamquam nullum ex innumeris fere qui supersunt Lucani codicibus ad has schedas ætate accedere credam, a pluribus tamen præstantia recensionis facile superantur: nam quum ea in hoc quoque poeta duplex sit, illæ deteriorem sectam sequuntur, cuius rei in his ipsis carminis partibus manifesta extant indicia (v. g. quod versus VI. 29. abest): quapropter varietatem omitto. Litteræ, quarum specimen dedi, quadratæ sunt, paulum immutatæ et rudiores.

3. Longe maxima pars membranarum, quæ ad codicem adhibitæ sunt, maioris formæ est, quam vulgo quartam nuncupamus; quamobrem, discissis paginarum paribus, singulæ complicatæ atque sic in quaterniones compositæ fuerunt; recentior autem scriptura transversa super deletam ducta est, plane ut de Seduliani codicis reliquiis tradidit oculisque subiecit Angelus Maius

V. III. Hinc igitur evenit, ut, ubi folia complicata sunt, plurimis in locis, agglu[illegible] suturaque versus integer aut omnino perierit, aut legi certe non nisi difficillime possit.

Igitur ex huiusmodi pagina, ita ampla ut, quum libri modulo accommodaretur, plus tertia parte singulorum versuum rescissum sit; eius denique formæ ut, quum latus superne et in imo appareat margo purus, eam, dum integra esset, retulisse videatur qua nunc notarum musicarum libri confici solent; ex huiusmodi, inquam, pagina, facta sunt folia 38. 45. Hæc ad librum pertinuit qui fabulas Græcorum mythologicas enarraret; eamque operæ pretium visum est excribere et edere. Scriptura uncialis est, sane scita, parum discrepans ab ea quam Institutiones Gaii Veronenses et pleræque vetustissimæ membranæ exhibent.

4. Minoris formæ sunt paginæ duæ, codicis 41. 42. quæ, græce scriptæ, specierum medicarum ad ulcera et morbos externos comparatarum enumerationem exhibere videntur, adnotato pondere quo ad compositionem adhibendæ sint. Ex quibus ad exemplum hæc sufficient: ΚΗΡΟΥ Π, ΚΟΛΟΦΩΝΙΟΥ Π, ΣΤΕΑΤΟΣ ΧΥΡΙΟΥ, ΜΙΣΥΟΣ, ΣΤΥΠΤΗΡΙΑΣ: ubi, qui hodiernæ græci sermonis pronunciationi ab antiquitate honorem quærunt, *χυριου* pro *χοιρειου* scriptum esse non sine quadam voluptate animadvertent. Rem ieiunam atque a studiis meis alienissimam excribere tæduit. Illud autem nullo modo prætermittam, tribus in locis ubi pondera indicantur, conspectas esse notas numerorum quas indicas sive arabicas dicere consuevimus: et ita plane formatas quales antiquitus apud Indos et nunc apud universas Europæ gentes scribuntur, non ea figura, quam, ab Arabis ac-

septam. in Græcis mathematici argumenti codicibus decimi quarti sæculi interdum conspicimus. Illis certe locis numeri 10. 100. 14. perspicue apparent, quorum imaginem, propter rei novitatem, in tabula expressi. Atque, ut testem haberem locupletem me vana specie deceptum haud fuisse, advocavi Iohannem Playfair V. Cl., professorem Edinensem, qui forte in urbe aderat, isque me recte vidisse protinus agnovit.

5. Alia duo folia eiusdem formæ, códicis 46 et 53, in duabus columnis conscripta sunt litteris quadratis minutissimis, quæ meorum quidem oculorum aciem penitus effugerunt.

6. In tribus paginis maioris formæ, quæ duplicatæ sex in codice efficiunt, scilicet a 47 ad 52, scriptura tabellionibus usitata apparet, atramento pallido, quod plurimis locis penitus ablutum est, ita ut pleraque vix ab iis legi poterunt, si qui sunt post Marinium, qui huius scripturæ explicandæ usum tenent; a qua laude quam qui maxime alienus sum. Esse autem maxime optandum ut aliquatenus certe legantur, cognovi quum his ipsis diebus quibus libellum ad edendum perscripsi, has quoque paginas, iam explicatas, inspicerem. Hæc enim distincte legi in margine a recentiore scriptura vacuo: *sperare non liceat. Hoc vos putatis actum esse Pompe(io)*: cuius nomen ter quaterve occurrit: deinde alio loco: *in Hispaniam:* mox: ***misericordiam** prudentiæ*; tandem: *liberis suis. Dic.* Post quam vocem vacuum est spatium, ubi nescio cuius recitationis titulus minio scriberetur. Itaque hoc certe apparet, in duabus harum paginarum, tertia enim alius esse indolis videtur, extare reliquias orationis Pompeii Ciceronisque ævo habitæ: quæ quidem in superstitibus

M. Tullii libris non leguntur: atque, sive ea ab illo sive ab alio optimæ eius ætatis, [illegible] Cæsarem quoque Calvumque oratores habuit, [illegible]rto homine scripta fuerit, sane dignæ sunt quæ ab oblivione vindicentur. Tales litteras ad libros integros adhibitas fuisse, fortasse alio exemplo caret: extant autem codices notis Tironianis scripti, ut illud minus mirum videri debeat.

7. Pervenimus ad fragmentum inclytum Livianum, quod, plicatis membranis, in quatuor codicis paginas, 73. 75. 76. et 78, redactum fuit. De hoc plenissime disputavit Cancellarius V. Cl. neque nisi pauca quædam ad accuratiorem eius cognitionem utilia aliis dicenda reliquit. Manent in his reliquiis permulta summæ elegantiæ vestigia: litterarum conformatio pulcherrima est: nitor ipse tenerarum membranarum non omnino periit. Margo in summa pagina, quo plus membranæ puræ ad scribendum extaret, illæsus remansit: a ceteris partibus, ut omnia ad propositum libri modulum exæquarentur, abscissus est ita ut in primæ paginæ dimidio ultimi versus perirent: quæ oræ amplitudo, in aliis quoque vetustissimis membranis conspicua, divites librariæ supellectilis ostentatores Romanos hac pulchritudinis specie æque delectatos fuisse monstrat atque eos qui hodie in hoc genere insaniunt. Ea tamen ipsa non obstat quominus tales fuisse nobis fingamus *pelles* illas *exiguas* quibus, Martialis ævo, *arctaretur Livius ingens*: quandoquidem minutioribus litteris quadratis sine gravi legentium incommodo scribi non poterat; atque, quum ita scriberetur, quinque libri Liviani haud difficulter uno modico volumine comprehendebantur. Dicet fortasse aliquis, quid tu? num hoc innuis ad Flaviorum ætatem celebres hasce paginas pertinere? Ego vero super hac re

neque affirmare quicquam, neque refellere in animo habeo: quin potius quæcumque disputantur ut antiquissimarum membranarum reliquiis certa quædam ætas assignetur, mihi quidem vana omnino atque temeraria esse videntur. Scilicet id quidem nullo negotio demonstrari potest, scripturæ genus quod hic conspicitur, si a levi discrimine discesseris quod mox indicabo, primo post Christum natum sæculo iam usitatum fuisse. Ita enim pictæ sunt quæ Pompeiis in parietibus leguntur tot inscriptiones: Romæ quoque ludicra illa comminatio quæ in Thermis Titi Imperatoris visitur: una denique inter inscriptiones sepulchri Arruntiorum, quas qui ad primorum Cæsarum ævum referendas esse censent iis facile accedo, licet marmori incisa, eandem prorsus litterarum formam exhibet. Iam vero Laurentianus Virgilii codex, quem tamen sub Odoacre rege scriptum esse constat, idem scripturæ genus exhibet; neque aliter scripta sunt fragmenta Virgilii Vaticanensia: quæ omnia non nisi eo ab inscriptionibus Pompeianis differunt, quod A littera in his transversam lineolam habet, qua in ceteris caret. Porro autem alia est huius scripturæ familia quæ ab illa priore eo discrepat, quod litteræ B et F dimidia parte super ceteras eminent, H autem configuratione ad K proxime accedit: hoc igitur genere scripta sunt fragmenta Livii Sallustiique Romana, Ciceronis Mediolanensia: quum tamen præter hanc unam diversitatem Virgiliani codicis Romani et fragmenti Sallustiani mira prorsus sit et quasi fraterna quædam similitudo. His adiungere possum duas inscriptiones in lapidibus, unam quæ ad Gordiani Imperatoris ætatem pertinet; alteram, quæ in hortis Albaniorum extat, paulo antiquiorem. Hæc qui pensitaverit is quidem minime sustinebit asserere,

aut hoc aut illud genus scribendi antiquius esse: utrumque iisdem sæculis in usu fuisse concedat necesse est. Sed, ne quis forte opinetur illud quod in Liviano fragmento regnat maturius exolevisse, age, istud per alia monumenta prosequamur. Nota est librariorum sedulitas, qui nonnunquam, dum libros transcriberent quorum fidem subscripta emendationis testificatio commendabat, huius quidem litteras ita imitabant, ut singulos ductuum flexus apicesque redderent. Eius generis est subscriptio Persii, qui codex in tabulario basilicæ Vaticanæ extat, sæculo X. scriptus, expressus autem ex longe antiquiore, qui, subscriptione teste, sub Honorio Imperatore Barcinone in Hispania emendatus fuerat. Iam vero hæc subscriptio ea omnia habet quæ tribus illis libris, de quibus commemoravi, peculiaria esse videantur. Idem de subscriptionibus legum, ex codice Theodosiano in Corpus Agrimensorum insertarum, in huius Corporis codice olim Palatino, testor. Bekkerus quoque, vir eruditissimus mihique familiarissimus, mihi affirmavit, fragmenta Geometrica Veronensia, quæ, sive ex integro Boethiano Euclide, sive ex corpore Agrimensorum supersint, ante sextum sæculum scripta esse non possunt, eiusdem generis litteras exhibere. Verum his omnibus enumerandis supersedere potuerim, qui insigne huius scripturæ specimen ex octavo sæculo non sine quadam admiratione vidi. Scilicet servatur in monasterio Sancti Calixti, quod prope basilicam Deiparæ Virginis trans Tiberim est, splendidissimus vulgatæ Bibliorum versionis codex, illuc ex basilica Sancti Pauli in via Ostiensi translatus, cuius, paucis cogniti, notitiam debeo amico et populari meo Carolo Friderico Baroni de Rumohr, rerum omnium quæ ad

picturæ sculpturæque, præsertim in Italia, antiquitates pertinent, indagatori acerrimo, atque prudentissimo arbitro. Iste codex, in quo libri ipsi sacri circa sæculi XI. finem scripti sunt, picturas habet Carolo Magno, antequam imperium adeptus est, dono oblatas, quæ ornandi gratia suis quæque locis agglutinatæ sunt. Ad singulas igitur picturas versus auro in purpura adscripti sunt: atque ab ipso initio, post tabulam quæ regis imaginem præbet, in solio sedentis, prolixum sane carmen extat, eadem magnificentia scriptum, quo laudes eius celebrantur: atque in illis omnibus litterarum forma nihil prorsus discrepat a fragmento Liviano. Itaque, confisus argumento quod nulla opera convelli potest, hoc affirmo, ultra septingentos annos hanc scripturam in usu durasse: quod quum ita sit, nisi alia indicia accedant, quibus plerumque nos destitui credo, quis tandem sine vanæ temeritatis nota de ætate schedarum, quæ hoc genere scriptæ inveniuntur, quicquam confirmabit? Concedamus sane vix probabile videri, post vastatam bello Gothico Italiam, inter tot clades ærumnosæ gentis, universum Livianæ historiæ opus transcriptum fuisse, præsertim quum ex veteri copia libri emtoribus deesse non poterant: quod mihi quidem potissimum in causa esse videtur cur tam rari sint codices illo ævo scripti: neque hoc urgeamus, Vindobonensem, olim Laurishamensem, codicem, si quod ex scriptura argumentum peti potest, ad illa, fortasse etiam ad seriora, tempora referendum esse videri: attamen Symmachi certe ætate transcribi solitos integros, atque ab eo ipso et Flaviano Nicomacho, eius amico, emendatos fuisse codices Livianos, compertum habemus; et sunt sane in orthographia huius fragmenti quæ animum meum eo potius inclinent,



ut iam vergente imperio scriptum esse suspicer. Imitatio scripturæ neque mihi optime, et peius etiam incisori cessit : licet enim expressa sit litterarum forma, attamen calami a perita firmaque manu recti ductuum, modo tenuissimorum modo crassiorum, elegantissima et æquabilis ratio minime servata est. Itaque palaeographiæ studiosi ex specimine Scaurianæ, quod in editione Mediolanensi habetur, idem omnino litterarum genus ad eum qui hic conspicitur modulum contractum sibi proponant.

8. Ex orationis Ciceronianæ pro M. Fonteio parte quæ desideratur, tres paginæ extant, variis dispersæ locis : ex quibus singulis binæ factæ sunt, scilicet 74 et 77, 81 et 86, 100 et 101.

Horum fragmentorum scripturam satis accurate, licet minus quam debuerat pulchre, expressam in tabula ad finem libri exhibui. Fragmenta librorum *de republica*, antequam hæc typis excribenda traderem inventa ab ill. Maio, et philologis comiter monstrata, simillimis, sed multo grandioribus litteris scripta sunt. Ea vero ex altero maiorum litterarum genere est, in quo A, D, E, H, M, T, V rotundatis ductibus pinguntur: H vero, P, Q porrecta linea in vacuum inter versus interstitium extenduntur : ex qua scriptura quum semiminuscula illa de qua dixi, tum ea qua cursim scribebant, originem duxerunt. Atque illa quidem longe maxima pars codicum, qui littera grandiori vetusta scripta supersunt, exarata est : quorum tamen plurimi, secus quam hæc fragmenta, F quoque, et R litteras subtus porrigunt, ex qua scriptura ea prolata est qua Anglosaxones usi sunt. Ac pervulgata quidem opinio est rotundatam hanc in quadratæ locum successisse, de qua superiore

capite dictum est; libros denique in quibus regnat sexti sæculi fine concludunt. Ego svero haud ecus quam apud Arabas Persasque diversa scribendi genera simul in usu obtinent, utramque iisdem sæculis apud Romanos ad libros scribendos adhibitam fuisse censeo; longeque antiquiorem quam recepta opinio fert, multo diutius in usu permansisse arbitror. Et primo quidem hoc litterarum genus antiquius procul dubio est quam illud quod in hoc ipso volumine in schedia Rabirianis Roscianisque adhibitum conspicitur: hoc tamen Ulphilas, quum sæculo IV. Gothorum litteras fingebat, usus est. Deinde id quidem manifestum est, properatæ scripturæ litteras ex his rotundatis effictas esse, quas deinde tabelliones colligando in illud scripturæ genus, quod ab illis denominatur, verterunt: quæ mutatio quum plura sæcula requirat, ad perspiciendam litterarum, quas vocant, uncialium antiquitatem, charta sub Placidio Valentiniano Imperatore scripta sufficere forsitan posset. Tum vero notas Tironianas accurate consideranti evidentissima litterarum quibus tabelliones utebantur vestigia plurima sese monstrant: harum autem notarum collectionem quam habemus, licet serius auctam, sub Divis fratribus confectam esse certissimo argumento inde colligo, quod notæ ad Augustorum nomina designanda in Divi Pii nomine desinunt. Quid autem de eo dicemus quod architectus Gallus, Mazois, v. cl., Pompeiis in muro monumenti recens effossi, ita ut nulla fraudis deceptionisve suspicio esse potuerit, sepulti nomen, quod inscriptio loquitur, a quodam praetereunte, ut fit, rubrica repetitum invenit, litteris, nisi prorsus iisdem, certe tamen proxime ad eas accedentibus quas tabelliones inter se colligarunt: quam rem insignem tabula quadam pro-

Google

posuit. Iam vero, ut hoc argumento litteras grandes rotundatas ante Divum Vespasianum usitatas fuisse probamus, illud itidem pernegamus eas post sextum saeculum omissas, aut certe iam tunc ad barbaram inscitiam deturpatas fuisse. Quod qui sibi persuaserunt, falsa illa, licet pervulgata, opinione duci videntur, qua creditur simul cum Langobardorum adventu artes litterasque in Italia extinctas fuisse; quod ut de illis civitatibus regionibusque concedatur quae a feris barbarisque hostibus oppressae fuerunt, manebat tamen Ravenna, cuius urbis quantæ opes, et quanta in artibus peritia sub exarchis fuerint, ex splendidissimis monumentis superstitibus conspicitur; ubi scholae litterarum, grammaticae et iuris, adhuc posteaquam in hostium, iam mansuetiorum, potestatem venerat, per aliquot sæcula floruerunt: manebat Roma ipsa, quæ, quamquam afflicta et in ruinas prolapsa, litteras tamen fovebat colebatque. Iam vero Audomariensem Agrimensorum codicem, quem certe post Isidori Hispalensis aevum scriptum esse ex loco qui ibi ex Originibus excerptus extabat manifestum est, illis litteris, pulcherrime pictis, conscriptus erat: id quod ex his quae Adr. Turnebus ligno incidi curavit, cuivis apparebit. Eædem denique litterae, atque illarum eadem pulchritudo, in fragmentis pandectarum papyraceis conspiciuntur, quae olim apud Iurisconsultissimum mihique amicissimum Sabiniacium simul cum illo diligentissime excussi: qui liber quum evidentissime numquam ad finem perscriptus compactusque fuerit, sane probabile est, eius scriptionem propter aliquam cladem, qualis Ravennae deditio ad Langobardos fuit, omissam esse. Unum adhuc afferam exemplum quod simillimæ scripturæ usum aliquanto serius durasse monstrabit. Gaii enim Veronensis

pars aliqua bis rescripta est: nam initio quidem grandibus litteris, eius generis quo interpretis Ciceronianarum orationum fragmenta scripta sunt, S. Hieronymi epistolas illi codici inscribere instituerant; deinde autem, quum perspicuum esset ad eas capiendas non sufficere libri volumen, ista quæ iam scripta erant deleta sunt, integrumque opus littera minuscula ab initio scribi instauratum: atque id decimo sæculo factum esse puto: nisi tamen ad Pacifici diaconi tempora hoc referendum est. Quae omnia ideo disputo ut rationem reddam cur ipse nihil de eiusmodi codicum aetate definire velim: deinde ut accuratiore disputatione comprobem, id quod alio loco obiter significavi, eadem aetate et textum libri pulchris litteris grandibus, et emendatoris subscriptionem atque lemmata cursim scribi potuisse.

Sed ut ad fragmenta Fonteianæ redeam, illa quidem tam prisca orthographia scripta sunt, ut certe probabili admodum argumento non destituatur qui iis summae vetustatis honorem vindicare velit. Vereor tamen ut hoc ipsum, quod quidem in hoc negotio longe optimum foret, satis firmum sit: potuit enim fieri, ut librarius sollicite exprimeret antiquissimi exempli scripturam, quo tempore libido ad recentiorem scribendi rationem eam immutandi iam vulgo invaluisset.

9. Quæ fuerant quatuor folia grandis moduli, nunc plicata quaternionem decimum et sextum efficiunt, cuius paginae numerantur 122— 128 b. Ex his duo et dimidium ad orationem pro C. Rabirio perduellionis reo pertinent, quorum unum ea continet quae in parte superstite a verbo *expectatio*, c. 5. (p. 333. edit. Neap. v. 3.) usque ad verba *si mihi es* — c. 6. (p. 336. v. 11.) leguntur: reliqua inedita sunt: unum autem cum

dimidio initium orationis pro Sex. Roscio Amerino præbent ad verba *firmo præsidio* c. 2. (p. 130. v. 11. eiusd. ed.) Hæ paginæ, dum ad propositam libri formam redigerentur, in extremis versibus, versuumque alterius columnæ verbis, grave detrimentum acceperunt, quod in ineditis ex coniectura, quatenus fieri poterat, resarciri debuit. De scriptura, cuius satis bonam imitationem proposui, hoc animadvertendum est, litterarum Gothicarum auctorem huius generis latinas, novis auctas, genti suæ dedisse: orthographia, licet quaedam prisci moris vestigia servet, ævum tamen recentius prodit.

10. Reliquum volumen explent, iis quarum recensum hactenus confeci longe numerosiores, quatuor et quadraginta paginæ ex A. Gellii noctium atticarum commentariis desumtæ, grandes, quæque propterea in libro ut nunc est, maiorem paginarum numerum conficiunt. Iste codex, ut ex tabula apparebit, litteris satis moleste ex quadrata forma detortis scriptus, duabus columnis tredecim haud amplius versus in unaquaque pagina exhibebat, ita ut singulos libros ampli voluminis molem complevisse necesse sit: quo minus spei erat, quoniam in omnibus quæ legerem primi libri particulas agnoscebam (*), aliqua ex octavo libro iis interposita delitescere. Neque in iis quæ contuli bonarum lectionum quicquam inveni: et græca, vacuo relicto spatio, omissa sunt. Auctoris nomen, librive numerus, nullibi comparent.

(*) Maius V. Ill., qui bibliothecarii iure usus, optimo atque in re simili prorsus tenendo consilio, librum dissoluit, paginas grandes explicuit, atque omnes medicamento imbuit, certiorem me fecit nonnulla, sed valde pauca, ex secundo tertioque libro folia inveniri.

Iam quod ad editionis consilium attinet, illud institutum secutus sum quod Iuvenatio et Herculanensium voluminum clarissimo editori, atque diu ante eos Fulvio Ursino et Radbodo Schelio, aliisque præterea præclaris viris placuit, ut quid singulis paginis, versibusque contineatur, quam late pateant lacunæ, quot seu versus seu litteræ perierint vel legi non potuerint, præsertim in iis quæ maioris pretii sunt, accuratissime ante oculos proponerem: ita enim viri criticæ artis periti qui ad codicem accedere nequeunt, tuto sese in emendando supplendoque exercere poterunt: ii vero præcipue, qui post me hasce membranas tractabunt, hac ratione se valde adiuvari sentient. Ea est enim huius investigationis indoles ubicumque scriptura oblitterata est, ut vix ab uno perfici possit: alius postea, deinde alius plura quam primus editor feliciter divinando assequatur, atque a coniecturis progressus etiam oculis agnoscat: atque hæc profecto unica ad omnia paulatim in huiusmodi codicibus exculpenda via est. Ego vero, si alius ea de quibus desperavi a se perspecta esse monstrabit, sive etiam, licet magna adhibita diligentia, me nonnunquam errasse, minime me ignominia affectum esse arbitrabor: quin potius hoc consequar ut eosdem viros gnavos fidei meæ testes habeam: ceterum non mea res agetur sed communis litterarum utilitas, quae bonis omnibus semper carissima fuit, et esse debet.

Inter huius libelli argumentum disceptationemque quæ mihi cum Angelo Maio V. Ill. intercessit, ea affinitas est, ut rei ingratæ et ex mea quidem mente penitus abolitæ mentionem facere cogar invitus. Id autem non tam res ipsa facit: lis enim inter eruditos suscep-

ta iudicibus qui semper novi existent diiudicanda traditur, qui, si veri iudices sunt, ipsi inquirunt: — quam propter illorum opinionem faciendum est, qui lædendi viri præclari causa me scripsisse sibi vel aliis persuaserunt; quos, si omnino de re silerem quæ in Italia sermonibus nimium percrebuit, nescio quid de silentio meo dicturos fore arbitror.

Ego vero, accepta viri Ill. adversus me disputatione, olim quidem rescripseram, sed absolutum libellum in scrinia reposui, quum propter alias rationes complures quas promere huius loci non est, tum ne acrius contendendo facerem ut cum virum qui, ad prolatandas antiquitatis litteras natus, insigni fortunæ strenuissimam industriam adhibet, ea protulisse pœniteret, quorum præstantia senili litterarum ætati novum vigorem infundere queat, quæque mihi fortasse præter ceteros iucunda et accepta sint. Talem virum lædere morum meorum non est, etsi propter quædam quæ illi commoto exciderant, opus videri poterat, ut existimationi meæ apud eos qui me librosque meos non norunt consulerem. Itaque quum eum Romam migraturum comperissem, lætarerque illi mandatum esse ut, quod in Ambrosiana bibliotheca tam luculenter præstiterat, idem in Vaticana præstaret, sibi honorem, nobis omnibus summam utilitatem quæreret, in huius opellæ angulo, breviter et quasi de aliena re, de his disserere constitueram de quibus inter nos non convenisset: ceterum vero nefas ducebam præterquam felicibus verbis faustisque ominibus excipere virum egregium.

Interim autem, dilata libelli editione, quæ membranarum iteratam pervestigationem requirebat, cui feriæ æstivæ obstiterant, Romam venit Maius, edoctusque cre-

do ab iis qui ex diutina consuetudine accuratam mei notitiam habent, me, ut cetera in me minime ampla sint, ingenuo certe et candido animo, alienissimoque ab omni livore et detractandi studio, veritatisque cum summa simplicitate stndiosum esse; conceptas offensiones haud gravate deposuit, et mecum, quod inter viros bonos facile fit, ita in gratiam rediit, ut, qui antea, quo tempore ille me sibi inimicum credebat, communi nomine propter accepta in litteris beneficia illi obstrictus essem, nunc etiam peculiari meo eum mihi ornandum colendumque habeam. Exiguo deinde tempore interiecto nuntiata est librorum de Repnblica, magnarumque ad Frontonem atque interpretem Ciceronis accessionum inventio, Romanaque viri Ill. commoda, prima bibliothecæ perlustratione parta, Mediolanensibus exæquata fuerunt: quibus ut insigniora sperare vix sobrii esset, plura tamen alia egregia successura esse auguramnr: iam vero, etiamsi nnlla præcessisset gratiæ reconciliatio, tamen non commisissem, ut viri Ill. in rem litterariam recentia merita parum iucunda disceptatione exciperem. Itaque quum de Frontonis editione Berolinensi tum de scholiorum ad Ciceronis orationes auctore, verbum non faciam, qui præterea ambo scriptores, magnis incrementis locupletati, haud parum lucis ad ea diiudicanda de quibus inter nos non conveniebat, accipient. Unam tamen rem attingam quæ sine omni controversia tractari potest, ut satisfaciam compellanti Heinrichio v. cl. philologo eximio; cuius si quis adeat quæ in Addendis ad Kiloniensem fragmentorum Ciceronianornm editionem, super illa re de qua dicturus sum, scripsit, disserendi necessitatem mihi impositam esse facile perspiciet.

Scilicet dixeram, in dispositione fragmentorum Scaurianæ diversam ab illa quam Ill. Maius secutus est a me rationem iniri: id quod obiter allatum quum ill. Maio, tum aliis eruditis viris quibus summum honorem libens habeo, sine justa causa dictum, accusationemque habere visum est. Itaque quam longe hæc tota res a pravo reprehensionis studio absit, et quam omnino non inconsiderate dicta, demonstrandum est: quod si perspicuum fecero, multi an pauci in sententiam meam transeant, id minus curo.

Sex omnino foliis, præter illam laciniam quæ in secunda editione ad calcem reiecta fuit, Scaurianæ reliquiæ in Seduliano codice continentur; hæc quum ad excipiendam scripturam recentiorem complicata sint, sequitur earum dispositionem, ubi sermonis consecutio nihil indubie prodit, a coniectura pendere. Iam vero secundum Mediolanensis editionis ordinationem tria habemus fragmenta: primum quod in secunda editione tres primas sectiones tenet: alterum a quarta usque ad undecimam extenditur: tertium postremas a duodecima ad decimamsextam complectitur: atque, quum ipse eruditissimus editor tradiderit primum uno folio contineri, computato versuum numero rationibusque subductis, sequitur, secundum tria, tertium duo folia tenere. His expositis, dico me arbitrari tertium fragmentum primo præponendum esse, ita ut sine ullo interstitio coniungantur, et pro tribus duo tantum fragmenta fiant: primum a sect. 12. et verbis *Te dixi*, incipiat: utrumque tribus foliis constet, inter quæ unum foliorum par interciderit, medium quaternionis. Atque iam nunc temeritatis nota me liberavi: membranæ enim huic ordinationi minime intercedunt, alteri non favent.

Flagitat autem illam quam ego proposui, nisi omnia me decipiunt, rerum verborumque in capitibus 16. et 1. manifesta consecutio. Cicero enim, postquam crimen de Bostaris nece diluerat, idque in matrem adulteram atque Arinem coniecerat, ac scelus interfectæ uxoris in eundem contulerat; hæc quidem crimina facile se refellere potuisse ait, quod argumentis uti potuerit, *crimenque non totum ex teste penderet*: scilicet id agit ut testium fidem elevet, quorum testimonia refellere non poterat. (c. 15.) *Agmen tu mihi induces Sardorum et catervas: — non potero equidem disputare — quemadmodum cum quoque mihi confligendum sit considerabo. Si — una vox est omnium testium — quid agam? cum singulis disputem?* Iam vero exempli gratia contra unum ex testibus sermonem dirigit quem paulo supra clamantem induxerat: *poposcit, imperavit, eripuit, coëgit*: — *Quid?* (in qua quidem voce c. 16. abrumpitur: primum a sequentibus incipit —) *non habuisti quod dares? habuisse se dicit.* — *Quæ potest eloquentia disputando ignoti hominis impudentiam confutare? Non agam igitur cum illa Sardorum conspiratione subtiliter — sed contra impetum illorum impetu — confligam. Non est unusquisque mihi ex illorum acie protrahendus, neque cum singulis — pugnandum: tota est acies illa uno impetu prosternenda*: quæ mihi quidem evidentissime ad illa quæ de *agmine et catervis Sardorum* dixerat composita esse videntur. His disputatis, antequam ad crimen frumentarium diluendum accedat, de genere accusationis, de Sardis, postremum de Scauro, se dicturum esse declarat. Ac de accusationis quidem genere quæ dixerat eorum prima et ultima leguntur (c. 3. — 7.): ubi in lacuna quæ inter 3. et 4. sectionem patet, ea olim locum habebant verba, quæ

Servius attulit: *ab ipsa stiva homines mecum colloquebantur*; aratores scilicet a Verre eversi: disputationis de Sardis quæ a s. 7 ad 11 legitur, conclusio intercidit, simul cum reliquis omnibus quæ sequebantur. Iam vero secundum eruditissimi editoris dispositionem post s. 12. secutæ essent disputationes, primum de Scauro, quæ, ut Asconius docet, *post duas partes orationis* pertingebat; deinde illa de re frumentaria, quæ paucis absolvi non poterat; tum de morte Bostaris, quam prolixam fuisse comprobant quæ ipse ill. Maius ex Martiano Capella affert: scilicet mortis repentinæ causas varias ibi ab Oratore allatas fuisse; postremum de Arinis uxore: quibus omnibus absolutis iterum ad testes exagitandos reditum fuisset. Sic autem, quoniam Asconio teste comperimus illa quæ s. 6 initio legimus *circa medium orationis* posita fuisse, omnia crimina propter quæ Scaurus in iudicium adductus erat, vix quarta parte orationis attigisset Cicero; nam ad frumentarium crimen non nisi *post duas partes* pervenisset (absolutis scilicet iis quæ de Scauro dixit: ad quæ ῥῆσιν illam pertinere suspicor: *Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit*?) deinde autem epilogi ratio habenda est, qui, quum miserabilis esse debuit in reo convicto, brevis esse non potuit. Ita vero in priore orationis parte dimidia nihil contra crimina disputasset Cicero? Ac tum ne confici quidem potest quæ tandem in eam conferre potuisset. Crimina illa quæ vere fortasse refutare poterat, in extremam orationem ablegasset post illud in quo in manifesta noxa tenebatur Scaurus? Hoccine oratoriæ calliditatis est? aut sic egisse Ciceronem in aliis causis videmus? At, quod mea ratio postulat, existimari quæstiones de Bostaris nece et de Arinis uxore in illa parte priore positas fuisse, id fortasse etiam

Martiani Capellæ auctoritate comprobari poterit, qui has duas quæstiones, loco quem ill. Maius affert p. 48., ante frumentarium crimen enumerat: quæstio enim cuius ille meminit *de tribus decimis* ea idem illud est: nam de alteris decimis in Verrinis legimus, atque Scaurus aut iubente Senatu vel tertias avare exigere, aut vi, iniussu Senatus, eas eripere potuit. Itaque hæc Martiani verba ab altero editorum Kiloniensium, viro pererudito mihique familiari, sollicitata esse nollem: tributa enim ad civitates spectabant, a quorum magistratibus exigebantur, ad Populum Romanum nulla ratione pertinebant.

Hanc igitur rationem meam veram esse persuasum habebo, donec argumentis meliora docear in re quæ unice argumentis conficitur. Haec autem, ut dixi, ideo disputavi, ut appareret me rationibus permotum, non obtrectationi indulgentem, illam quam Ill. luculentissimarum reliquiarum vindex in his solutis foliis disponendis secutus est rationem improbasse: atque his peractis ad vota gratulationesque V. Ill. offerendas redeo, quem de propensa mea erga se voluntate nunquam posthac dubitaturum esse confido.

M. TULLII CICERONIS

ORATIONIS

PRO M. FONTEIO

PAGINÆ TRES

QUAE HACTENUS NON LEGEBANTUR

Cogitanti mihi de librorum Latinorum ex vetustate fatis, multis indiciis et documentis probatum est, eos nunquam magis neglectos fuisse, et minore numero in hominum manibus versatos, quam illis sæculis quæ Francisci Petrarchæ, singularis viri, et quem iure, Ciceronis verbis, pæne divinum vocare licet, ætatem proxime præcesserunt: eorumque neglectum ab eo ipso tempore invaluisse quod in ceteris rebus omnibus pro nobilissimi ævi, quod subsecutum est, initio, iure celebratur: scilicet ab undecimo post Christum natum sæculo. Etenim tribus vel quatuor illis sæculis post Ottones Imperatores florebant quidem civitates Italæ viris armisque, legibus quoque et libertate, mercaturaque et artificiis; renascebantur etiam cum poesi, quæ vernacula lingua uteretur, artes liberales pingendi sculpendique et ædificandi, quæ mente conceptas formas, non traditas ab antiquitate cæca imitatione, exprimerent; quæ omnia sive initium sive incrementa ex eo tempore ceperunt quo Imperatorum Saxonum legibus discrimen, quo Langobardi a Romanis disiungebantur, ita labefactatum est ut deinde sensim concideret. Verum, his tantis bonis in vitam inductis, rerum Romanarum memoriæ studiique Italicos incuria incessit, quæ apud Romanorum ne-

potes, quamdiu se Romanos atque sub barbarorum exoso iugo constitutos cogitabant, licet pro accisis rebus, sed tamen colebantur: atque hoc vel maxime modo factum esse videtur, ut Grammaticorum scholæ in Italia undecimo sæculo interirent. Itaque paucorum admodum scriptorum libri illis sæculis transcribebantur, et eorum qui multa ediderant, nonnisi pauca quædam: id quod ex codicibus qui in bibliothecis supersunt apparet: quum plerique ex quibus plurima serius in lucem redierunt, non ex ultima vetustate sint, sed litteris, quas vocant, langobardicis scripti ante aut circa Liutprandi ætatem, qui, licet natione barbarus, summam tamen optimarum litterarum et utriusque linguæ peritiam sibi comparaverat. Nam græci quoque sermonis notitia post Ottones demum intercidit.

Ac magnum profecto atque illustre Ciceronis nomen Dantis ætate erat, eius tamen paucissimi libri in hominum manibus versabantur. Ex Rhetoricis, cum libris ad Herennium, legebantur libri de Inventione: ex philosophicis, libri de officiis, de amicitia, de senectute: epistolarum ne una quidem: orationum, Catilinariæ, Maniliana, cum aliis nonnullis in quibus eximia quædam eloquentia suspiciebatur, atque in earum numero subdititiæ illæ, quibus, partim XVI. sæculo, partim nostra demum ætate, a viris summis mendax auctoris nomen detractum est: denique Philippicæ, sed mutilatæ: neque Verrinæ ipsæ plane incognitæ erant. Reliquæ in uno aliquo codice superstites latebant: quæ, renato litterarum studio, incredibili ardore ab Italis eruditis ubique investigatæ fuerunt; extabant autem partim singulæ, partim in corpora collectæ; sed omnes qui nunc conspiciuntur, fere innumeri harum orationum scripti libri, recentissimi sunt, atque ex uno exemplo vetusto derivati. Quæ dum com-

memoro, iniurius eximii viri laudibus essem si silentio transirem quod in schedis Lagomarsinianis ex codice Florentino ad calcem orationis pro A. Cæcina adnotatum video, illam a Poggio *in Lingonum sylvis* in Gallia inventam esse: quod equidem nullibi relatum esse memini. Ipse quidem Poggius (ap. Fabricium Bibl. Lat. II, 15) octo orationes Ciceronis a se inventas esse testatur, sed obiter, pro magnanimitate sua, rei mentione facta: id quod de reliquiis orationum quæ in commentario Asconii Pediani insunt, intellectum fuisse videtur.

Postrema omnium inventa est orationis pro Fonteio pars, et quidem tam sero ut ea caruerint primi editores Veneti: propter quam eandem causam raro in codicibus collectarum comparet, atque, ubi extat, ultimum fere in illis locum tenet. Ipse autem codex in quo servata fuit adhuc superest, in tabulario Basilicæ Vaticanæ asservatus: quem illic, cum paucis aliis nobilis bibliothecæ reliquiis, ex cladibus direptionibusque urbis toties repetitis evasisse, pæne miramur. Iam vero in illo fragmentum huius orationis cum oratione pro L. Flacco, sive potius eius parte aliqua, coaluit: librarius enim, supra quam credi potest illitteratus homo, et qui, propter prodigiosam mendorum multitudinem quæ singulis prope versibus intulit, nihil prorsus eorum quæ scribebat intellexisse videri potest, non animadvertit, seu quaternionem integrum, seu plagulas aliquot, ex oratione pro Flacco, quæ alteram ex ordine præcessisse videtur, in mediam pro Fonteio iniectas fuisse: quam integram fortasse aut certe eius initium haberemus, nisi quatuor primi quaterniones perissent, ita ut quintus a verbis *litterarum si veras* c. 17. pro Flacco incipiat. Nam ne credamus orationem pro Flacco in iis quæ perierunt ex-

titisse, eique mutilæ ex ultima parte Fonteianam ab initio mutilam adhæsisse, vetat inscriptio paginarum quæ etiam in fragmento orationis pro Flacco *pro Fonteio* est. Ne tamen nimis doleamus hac librarii socordia factum esse, ut maiore orationis pro Fonteio parte careamus quam qua frui his membranis superstitibus potuissemus, hoc amplius dico, illi errori deberi quod ingens in Flacciana lacuna suppleta sit. Scilicet, ut nihil ante caput 9. desideretur, tribus in locis codex ille, ex quo ista oratio, Poggii ut equidem arbitror ævo, transcripta fuit, grandibus fœdabatur lacunis: quarum prima ante hos paucos annos, Mediolanensium ope membranarum, non expleta quidem est, sed tamen notabili accessione levior facta: altera in editione Cratandrina ex codice Germanico suppleta fuit: tertia in longe maiore numero librorum manuscriptorum, qui omnes recentissimi sunt, conspicitur. Quippe in decem Lagomarsinianis, Palatinis sex, libris S. Victoris et Gruteri, ac Franciano primo, capitis 20. dimidia pars, a verbis *Fusis persolvisse*, tum capita 21. et 22., denique capitis 23. prima vocabula septem deficiunt: a qua lacuna sex Lagomarsiniani, duo Palatini, Francianus secundus, et editiones antiquæ immunes sunt; non quod ex integriore codice totius orationis manaverint, sed quia, inventis membranis Vaticanis, eorum archetypa inde suppleta fuerunt. Quum enim isti libri in reliquis quæ fragmento Vaticano continentur plurimum ab illo discrepent, in hac parte nullam lectionis diversitatem exhibent, fœdissima autem eius menda repræsentant. Quæ quidem res facit ut ego quoque de Henrici Stephani fide dubitem; qui in hac parte, sicut aliis locis, ad codicem provocat, quod autem ex illo profert nihil aliud est quam quod Naugerius, quem

in hac oratione integrioribus libris destitutum fuisse certissimum est, infelici coniectura invenerat. Illud etiam observatu dignum est, quod hoc loco atque illo qui in Cratandrina redintegratus fuit idem versuum numerus exciderat, repositusque fuit: nam quæ extremo cap. 32. addita fuerunt in margine extabant: quæ autem inter utramque lacunam leguntur, triplicem uniuscuiusque versuum numerum implent: scilicet hinc consequitur, aut ex quinquernione duo extrema foliorum paria ablata fuisse, tribus mediis superstitibus, aut utramque lacunam interitu integri quaternionis antiquissimæ grandissimæque scripturæ ortam: quod tamen minus quam illud alterum probabilitatis habet. Hunc codicem contulit olim Gabriel Faernus, vir propter eruditionem acumenque ingenii vel in splendido illo litterarum ævo conspiciendus: is pro more temporis satis negligenter de codice loquitur, cuius tamen insigne pretium optime intelligebat; antiquissimum enim appellat atque unice ad eius auctoritatem provocat; id vero docere oblitus est, ceteros ex illo ad unum omnes transcriptos, atque ad eum comparatos pro nihilo habendos esse. Idem porro, quum non semper satis distingueret inter ea quæ in codice legeret et ea quæ ipse inveniret, posteros nonnunquam incertos reliquit; neque varias lectiones omnes enotavit: unde factum est, ut pluribus in locis emendata codicis lectione careamus: quæ res me permovit ut illius archetypi lectiones varias in hoc volumine proponerem, exclusis tamen mendis horridioribus, quorum infinita multitudo, quæ ab initio necessitatem emendandi imposuerat primis editoribus non nimis doctis, temeritatem ultra modum auxit.

Atque hoc fragmentum quum ab initio longe maiore parte totius orationis deficiatur, aliam deminutionis speciem, quæ tamen falsa est, iu medio præfert, ubi adnotatur *omnia de crimine vinario, de bello Vocontiorum, de dispositione hibernorum, deesse*: quorum quidem capitum tituli in antiquissimo codice minio scripti sunt. At ne forte credamus desidiam librarii cladem fecisse, transilientis quæ homini indocto tædium moverent, obstat primum quidem incredibilis hominis stupor; qui, quum sine ullo sensu omnia scriberet, eiusmodi rationibus certe non movebatur: deinde, u' concedamus fieri potuisse ut ante eum alius, qui suæ delectationi laboraret, id sibi permiserit; a C. Plinio iuniore (I. ep. 20, 7.) docemur, Ciceronem sæpius, quæ plene dixisset, in scribendo titulis tantum argumentorum indicasse. Nam quod ille nonnisi orationum pro Murena et pro Vareno nominatim meminerit, ubi id factum esset, sane id non obstat quominus idem de aliis valuisse credamus. Quis enim, præsertim quum ad amicum scribit, exempla omnia in huiusmodi re conquirat? Sed quoniam in hunc locum incidi, haud inutile esse videtur monere, locum illum Plinii ne ab optimis quidem Murenianæ interpretibus et criticis animadversum esse. Ea enim mutila in codicibus superesse perhibetur, propterea quod illa desunt quibus orator Ser. Sulpicio adolescenti et Cn. Postumio, de divisorum indiciis, de pecuniis deprehensis, de equitum centuriis, respondit: at nullus alius est in tota oratione locus ad quem Plinii verba referri possint. Res autem omissæ, quæ talibus locis explicari debuissent, peti poterant ex commentariis causarum, quos, a patrono diligenter confectos, Tiro ediderat: quorum quam insignis utilitas ad

intelligendas orationes esset, ex illa particula perspicitur, qua, ab Arusiano Messo, sive is Fronto est, servata, ad III. acc. 2. in Verrem c. 33. praeclare usus est Fulvius Ursinus. Ceterum, quod ad hanc universam rationem pertinet exponendorum sola commemoratione, non explicandorum oratione, huiusmodi capitum, quae ad nitorem tractando perducere operae pretium oratori non visum est, ea non a Cicerone invecta, sed iam a Lucio Crasso adhibita fuit. (Brut. c. 44. s. 164.)

Ea porro fragmenta quae hic prodeunt, Ciceronis quidem nomine atque omnino paginarum titulo carent: sed nemo erit qui dubitet illa ad eandem cum maiore fragmento orationem M. Tullii pertinere. Et multum quidem honoris illis decedit ex eo quod ne inter se quidem continuantur; quid? quod non satis evidens videri potest sitne primum secundo, an hoc illi praeponendum: nam de tertio certa res est. Sed hoc secutus sum quod tam in illo, quod secundum feci, quam in tertio, de testibus furti contra M. Fonteii quaesturam sermo est; in primo autem de re multum diversa, scilicet de solutione quadrantaria secundum legem Valeriam, disputatur.

Ex his demum fragmentis perspicitur, postulato M. Fonteio a Gallis lege repetundarum, M. Plaetorium accusatorem, quod in accusando Verre fecerat Cicero, universam rei vitam per omnes quos gesserat magistratus persecutum esse. Quum igitur Fonteius triumviratu et quaestura, Marianis Cinnanisque temporibus, functus esset, accusator pecuniarum per vim atque iniuriam captarum conciliatarumque crimen in utrumque magistratum contulerat: neque fortasse a Gallia provincia prorsus aliena quaesturae ratio erat: tametsi hic magistra-

tus in urbe gestus fuisse videatur. At in his quæ nunc postliminio redeunt id agit patronus ut quæsturæ crimina diluat: triumviratus ratio, quam se similiter reddidisse ait, tota periit. Atque ne id quidem liquido apparet cui muneri procurando triumvir creatus fuerit Fonteius, monetalisne an coloniis deducendis: nam de aliis huius nominis magistratibus propter *pecuniæ* mentionem, *in qua maxima tractanda procurandaque versatus sit*, omnino non cogitandum est. Sed illud in utrumque triumviratum cadere, de monetali quidem perspicuum, de altero, coloniis deducendis vel agris dividundis, aeque compertum est; quo qui fungerentur agros publicos vendebant, privatos emebant, prout res exigeret. Ac sane probabile est L. Cinnam hoc delenimento divisionis agrorum, quorum post sociale bellum maxima copia erat, militum atque plebis egenæ animos sibi conciliare voluisse; neque, quominus legem agrariam latam esse credamus, id obstat quod nulla eius mentio fiat in tam ieiunis illius temporis annalibus: nonne enim M. Bruti coloniam Campanam, quæ sine dubio ad eosdem annos pertinet, nisi Cicero eius meminisset, omnino ignoraremus? Neque huiusmodi assignationis vestigia manere poterant, quum, rescissis per Sullam victorem actis Cinnæ, quicunque sive in coloniis sive viritim agros acceperant, iis iterum pellerentur, ut Sullanis militibus cederent; quorum filios eadem calamitas manebat, quo veteranis Iulianis sedes pararentur. Sed, quanquam res certo definiri nequeat, Marcique Fonteii nomen in nummis non compareat, tamen, quia Cicero eum magistratus *ante oculos civium* gessisse dicit, de monetali potius quam de agrario triumviratu cogito.

Quæstura Fonteii post Consulatum L. Cinnæ et L. Flacci collocanda est, Cicerone diserte profitente eum in solvendo secundum legem Valeriam superiorum quæstorum morem secutum esse: tum vero ante Scipionem et Norbanum Coss. in quem annum Hispaniensis legatio incidit. Utrum autem anno ab U. C. 667. secundum Catonianas rationes, quas sequi soleo, an potius sequenti adscribenda sit, quando de anno præturæ disputabimus, disquirendum erit.

Hispaniensi legatione Fonteius functus est quo tempore Sertorius se in Hispaniam contulit. Scilicet pro quæstore in illam provinciam legatus, ut ex eius temporis usu colligitur. Legatio Macedonica secuta est, in qua provinciam a Thracum depopulatione defendit (pro Fonteio c. 16.); qui, revulsis semel per Archelai irruptionem claustris, cum Dardanis aliisque finitimis Barbaris miseram provinciam diripiebant. Ædilitatem transmisisse arbitror, neque enim huius muneris gratiam in peroratione silentio præterisset patronus; idque, quum octoni ex lege Cornelia crearentur prætores, ædilitate autem curuli bini tantum quotannis perfungerentur, ab homine non omnino primarii ordinis sine populi offensione fieri poterat, quam Mamercus Æmilius, maximis divitiis et summa nobilitate, quum id faceret, incurrit.

Præturæ annus aliquantum habet difficultatis. Primum enim, quod Manutius statuit, Fonteium peracta in urbe prætura Galliæ præfuisse, id quidem secundum eam rationem est quæ illis temporibus in republica plerumque obtinebat: attamen tunc quoque interdum ipso magistratus anno cum imperio ad exercitus mittebantur prætores; quod ut in M. Fonteio potissimum decerneretur, eximia eius laus imperatoria et difficillima reipubli-

cæ tempora suadere poterant : quin plurima extra ordinem in illo genere facta esse credi licet, quo tempore eques Romanus pro Consule exercitum ducebat. De triennio quo Galliæ præfuit Fonteius hoc quidem certum est, eo imperante exercitum Cn. Pompeii in illa provincia hibernasse (pro Fonteio c. 3.), id quod accidit Lucullo et Cotta Coss. a. U. C. 678 : ac superiore anno maximum frumenti numerum inde ad exercitus Romanos advectum esse ipse Pompeius dicit in epistola, inter excerpta ex Sallustii historiis, quam iisdem Coss. initio anni ad Senatum scripsit ex Vaccæis (cf. Plutarchum Lucullo p. 494 E. Sertorio p. 579 C. Pompeio p. 628 E.): id autem Fonteio procurante factum est (pro Fonteio c. 2.). Sed quum nulla de his annis controversia esse possit, illud quærendum restat, utrum ad explendum triennium is attribuendus sit qui præcesserit, an ille qui sequatur. Equidem Fonteium imperium in Galliis suscepisse arbitror L. Octavio et C. Cotta Coss. (677), quo ipso anno frumentum in Hispaniam misit: constat enim, fractos a Cn. Pompeio populos qui arma sumserant, ab illo penitus subactos fuisse. Atque illud quoque manifestum est, si, quo tempore Pompeius Gallis arma intulit, Fonteius ei provinciæ præfuisset, huius rei mentionem facturum fuisse Ciceronem, qui hibernorum exercitus meminit, per quæ cognoscendi prætoris qui provinciæ præesset facultas data militi fuerit. Videndum ergo est quibus Consulibus ad bellum Sertorio inferendum profectus sit Pompeius. Ac nihil quidem ad hoc cognoscendum in historicorum narrationibus subsidii habetur; verum omnia expedit Pompeii epistola apud Sallustium, qui a profectione ad pugnas ad Turiam (ita enim in excerptis Sallustianis reponendum

est, pro *Durium*) et ad Valentiam, unorum tantum hibernorum meminit, quæ receptis Gallis, Lacetanis, Indigetibus, sub Pyrenæis montibus in citeriore provincia collocata fuerant: quod quum ita sit, atque pugna ad Turiam ad annum 677 pertineat, minime audiamus Freinshemium, in horum temporum rebus gestis ordinandis flagitiosa levitate versatum, qui Pompeium D. Bruto et Mam. Æmilio Coss. ab urbe profectum esse, eodemque anno in Hispaniam pervenisse, statuit. Quid? quod tanta hominis negligentia est ut dicere sustineat, Fonteium illo anno, 675, Galliæ præfuisse, neque videat hoc pacto quadriennium, aut etiam amplius, eius imperio tribui. Hæc ideo præsertim disputavi, quia in rebus quæ a valde paucis investigantur habet quandam Freinshemius auctoritatem qua incauti decipiuntur: Brossius autem quid de hac re senserit, diligens admodum et accuratus auctor, quum eius libro caream, dicere non habeo. Ut redeam ad propositum: siquidem Fonteius a. 677 imperium in Gallia suscepit, necesse est, ut integrum eius sit triennium, id illum per annum 679 retinuisse. Accedit, quod ea erat his temporibus anni Romani perturbatio ut Kalendæ Ianuariæ a. 679 circa Novembris Iuliani proleptici initium inciderent, atque nullo modo statui possit exercitum Romanum ante eas in hiberna discessisse. Iam quum per legem Corneliam annalem, nisi octo annis a quæstura intermissis, præturam gerere non liceret, sequitur, potuisse Fonteium, si eius quæstura ad annum 667 pertinet, præturam in urbe gerere anno 676, ut anno post in provinciam iret: contra, si sequente anno quæstor fuit, necesse est eum ipso præturæ anno in Galliam esse profectum.

Omnia incerta sunt de anno quo Cicero hanc cau-

sam defendit: id solum constat, quod optime vidit Hotomannus, actam esse post latam legem Aureliam. Itaque antequam reus fieret Fonteius tres quatuorve anni transmissi sunt; neque quamdiu iudicia apud senatores erant cum aliqua spe accusari poterat Sullanus imperator, quantumvis crudeliter provinciam sibi creditam lacerasset. Verum æquioribus iudiciis, dissentientibusque inter se Sullanis, quum paulatim sese confirmassent olim victi, ille quoque, cum aliis earundem partium hominibus, a veteribus inimicis oppugnatus est. Certe L. Hirtuleius, quem laudibus ornabat accusator Plætorius, idem est qui quæstor sub Q. Sertorio militavit, Marianarum partium vir: quem Romæ laudari potuisse, quum adversus imperatores Senatus pugnans et vicisset plus semel et tandem occubuisset, manifestum testimonium est infractos fuisse crudelium belli civilis victorum spiritus, et potuisse peti ex iis ultionem, dummodo illa civilis furoris scelera silerentur quæ multo maxime ad vindictam stimulabant.

Digitized by Google

p. 86. v.

PORTUISSEANI
TADISSOLUITUT
OMNESALIIDIS
SOLUERINTNAM
ITAEGODEFENDO
M.FONTEIUMIU
DICESITAQUECON
TENDOPOSTLEGE
UALERIAMLATA
. . . . TE . .

p. 81. r.

QUAESTOREUS
QUAEADTITUM
CRISPINUMQUE
ALITERNEMINEM
SOLUISSEHUNC
OMNIUMSUPE
RIORUMHUIUS
AUTEMOMNIS
QUIPOSTEAFUERINT

AUCTORITATEM
DICOSECUTOSQUID
ACCUSSASQUID
REPRAENDIS
NAMQUODINTA
BULISDODRANTA
RISETQUADRAN
TARIISQUASAIT
ABHIRTULEIOINS
TITUTASFONTEI
OFFICIUMDESI
DERATNONPOS
SUMEXEISTUMA
REUTRUMIPSE
ERRETANUOSINER
ROREMDUCEREUE
LITQUAEROENIM
ABSTEM.PLAETO
RIPOSSITNETIUI

IPSIPROBATAESSE
NOSTRACAUSSASEI
QUAINREABSTEM.
FONTEIUSACCUSA
TURAUCTOREM
HABETEUMQUEM
TUMAXUMELAU
DASHIRTULEIUM
QUAINREAUTEM
LAUDASHIRTULEIUM
FONTEIUSIDEMFE ·
CISSEREPERITUR
REPRAEHENDISSO
LUTIONISGENUS
EODEMMODOHIR
TULEIUMDISSO
LUISSEPUBLICAE
TABULAECOARGU
UNTLAUDASILLUM

QUODDODRANTA P. 86.
RIASTABULASIN.
TITUERITEASDEM
FONTEIUSINSTITU
ITETEODEMGENE
REPECUNIAENAM
NEFORTESISNES
CIUSETISTASTABU
LASEXEISTUMES
.D . . . . : . E..
RISAERISALIAENI P. 81.
RATIONEMPERTI
NEREOBUNAM
CAUSSAMETINU
NOGENERESUNT
INSTITUTAENAM
CUMPUBLICANEIS
QUIAFRICAMQUI
AQUILIENSEPOR

p. 101. v. CITE . .
NEMONEMOIN
QUAMIUDICES
REPERIETURQUI
UNUMSEINQUAES
TURAMFONTEIO
NUMMUMIDE
DISSEAUTILLUM
EXEAPECUNIA
QUAEPROAERARIO
p. 106. r. SOLUERETURDE
TRAXISSEDICAT
NULLIUSINTABU
LISULLAHUIUS
FURTEISIGNIFICA
I
TIONULLUMINIES
NOMINIBUSIN
TERTRIMENTIAU
O
DEMINUTINISUES

TIGIUMREPERIE
TURATQUIIIOMI
IN
NESSEIQHOCGENE
REQUAESTIONIS
ACCUSATOSETRE
PRAEHENSOSUI
DEMUSPREIMUM
TESTIBUSDIFFICI
LESTENIMEUM
QUIMAGISTRATUI
PECUNIAMDEDE
RITNONAUTINDU
CIODIOUTDEICAT
AUTCOGEIRE . . . I
ONEDEINDESE .
QUAGRATIATESTES
DETERENTURTABU
LAEQUIDEMCER
TEINCORRUPTAE

Digitized by Google

ATQUEINTEGRAE
MANENTFACOM
NISAMICISSUM
MASFONTEIOFU
ISSETANTUMHO
MINUMNUME.
UMIGNOTISSU
MORUMATQUAE
ALIENISSUMORU
PEPERCISSEHUIUS
CAPITICONSULUIS
SEFAMERESIPSA
TAMENACRATIO
L . . . ERARUMCON
FECTIOQUETABU
LARUMHABETHANC
UIMUTEXACCEP
TISETDATISQUID
QUIDFINGATUR

AUTSURRUPIATUR P. 101. r.
AUTNONCONSTET
APPAREATACCEP
TASP.ROMANO
PECUNIASOMNES
ISTEIRETTULERUNT
SEIPROTINUSA
LIISAEQUEMAG
NASAUTSOLUERUNT
AUTDEDERUNT
UTQUODACCEPTU P. 100. v.
P.ROMANOESTID
DEXPENSUMQUOI
PIAMSITCERTE
NIHILPOTESTES
SEDETRACTUM
SINALIQUIDOMU
TULERUNTEXEO
RUMARCAERA

Google

p. 77. v.

DEORUMHOMI
NUMQUEFIDEM
TESTISNONINUE
NEITURINDUCEN
TISETTRICIENS
SESTERTIOQUAM
MULTORUMHO
MINUMSESCEN
TORUMAMPLIUS
QUIBUSINTERRIS
GESTUMNEGOTI
UMESTILLOILLO
INQUAMLOCO
QUEMUIDETIS
EXTRAORDINEM
NEPECUNIAEST
DATAIMMOUE
RONUMMUSNU
LUSSINELITTERIS

p. 74. r.

MULTISCOMMO
TUSESTQUEESTIGI
TURI..AACCUSATIO
QUAE.ACILIUSPOS
SITA.PISQUAM
PAUC.SAERARI
GRADUSASCENDE
REDILIGENTIUS
RVTAENORVM
QUAMPRDEFEN
DATAERARIUMLU
BENTIUSIGNOTIS
QUAMNOTEISU
TATURALIENIGENIS
QUAMDOMESTI
CEISTESTIBUSPLA
NIUSSECONFIRMA
RECRIMENLUBEI
DINEBARBARORU

QUAMNOSTRORŪ
HOMINUMLITTE
RISARBITRETUR
DUORUMMAGIS
TRATUUMQUORŪ
UTERQUAEINPECU
NIAMAXUMA
TRACTANDAPRO
CURANDAQUER
SATUSESTTRIUM
UIRATUSETQUAES
TURERATIOSEIC
REDDITURIUDI
CESUTINIEISREBUS
QUEANTEOCULOS
GESTESUNTADMU
TOSPERTINUERUNT
CONFECTEPUBLICIS
PRIUATISQUAETA

BULISSINTNUL
LASIGNIFICATIO
FURTEINULLAA
LIQUOIUSDELIC
TISUSPEICIORE
FERATUR
HISPANIENSISLE
GATIOCONSECU
TASTTURBULEN
TISSUMOREIP.
TEMPORECUMAD
UENTUL.SULLAE
MAXUMIEXERCI
TUSINITALIAM
CIUIUMDISSIDE
RENTIUDICIIS
ACLEGIBUSATQUE
HOCREIP.STATU
DESPERATOQUALIS

p. 77. r.

p. 74. v.

I. 1. (*o*)portuisse; an ita dissoluit ut omnes alii dissoluerint? Nam ita ego defendo M. Fonteium, iudices, itaque contendo, post legem Ua-

Dissoluerint) Alio quoque loco in modo peccatum esse in his schedis constat, ac rescribi fortasse debuisset *dissoluerunt*. Nam quæ proxime præcedebant huiusmodi fuisse quivis viderit: *Utrum iam vobis videbitur in solvendo aliam a Fonteio rationem teneri oportuisse* etc. allato scilicet, uti ex sequentibus patet, Hirtuleii exemplo.

Itaque contendo) Pro *et ita contendo*: pro C. Rabirio Postumo c. 4. *ita contendo, neminem umquam, quo ea pecunia pervenisset, causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset*; quod non monerem nisi ab iis qui locutionis perraro obviæ non meminerint dubium de interpunctione moveri posset.

Post legem Valeriam) Hæc est illa lex Valeria turpissima, quæ creditoribus quadrantem solvi jussit, lata a L. Valerio Flacco, consule suffecto a. 666: de qua vide Velleium Paterculum II. c. 23. et Cortium ad Sallustii Catil. c. 33: quam per aliquot annos valuisse ex hoc fragmento constat: mansisse autem donec lege Cornelia unciaria haud paulo mitius rei foenerariæ remedium adhiberetur, coniicio. Hujus vero generis leges in iis tantum debitis valere possunt quæ ante eas latas contracta fuerint; nemo enim pecuniam crederet nisi lege illis negotiis cautum esset quæcunque in posterum fierent: nisi forte acriore quadam improbitate hæc lex eas quoque solutiones comprehenderit, quæ, nulla ad æs creditum relatione, in subsequens tempus stipulatæ antea fuerant; ex locationibus censoriis, verbi gratia. Utut hoc fuerit, quum ærarium P. R. per quæstores, haud secus quam privati, quadrante dissolveret, eique pariter solveretur, apparet quam ampla furto materies data fuerit, præsertim quum iisdem tabulis æs novum contineretur quod ex asse, et vetus, quod quadrante solveretur. Sane igitur optimo consilio L. Hirtuleius, quæstor, ut puto, ejus anni, quo lex Valeria lata est, duorum generum tabulas instituerat, et dodrantarias et quadrantarias: quoties enim quadrante dissolveret, assem quidem nomini expensum ferebat, dodrantem autem ejus in lucris ponebat: sin aliter, nihil in lucro: atque contraria ratione in illis utebatur quæ populo deberentur, et tum damnum dodrantis factum esse scribebat. Iam qui tabularum conficiendarum rationem tenet quas duplices vocant, Transalpini Italicas vocamus, is perspiciet hoc nihil aliud esse quam quod in re simili argentarii et negotiatores facturi essent: atque hinc apparet harum tabularum usum minime, ut ferunt, septingentis vel octingentis annis abhinc invectum esse, sed ab antiquissimis Romanorum temporibus in Italia perdurasse. Quod quidem eo quoque confirmatur, quod nulla fere res in hoc toto negotio occurrit quæ non proprio suo vocabulo ex optimorum scriptorum usu latine dici possit; in quo tamen attenta lectio meliora suppeditabit quam lexica.

Digitized by Google

leriam latam, *a Marco Fonteio* quæstore usque ad Titum Crispinum quæstorem aliter neminem soluisse: hunc omnium superiorum, huius autem omnis qui postea fuerint auctoritatem dico

a Marco Fonteio) In hac lacuna, quæ ex agglutinatione plicatæ paginæ orta est, interiit quæstoris nomen cum prænomine omnibus litteris perscripto, ut mox *Tito* plene scriptum legimus: litteræ vero TE ex nomine solæ supersunt. Fuisse autem ipsius M. Fonteii vix dubitari potest: non ut ille primus questor secundum legem Valeriam dissolverit, sed ut superiorum auctoritatem secutus sit. — Perpauca certe nobilium Romanorum nomina sunt quæ duas illas litteras coniunctas exhibeant, neque illa ætate iuvenio de quibus cogitari possit præterquam Hortensium et Metellum Pium: at ne credamus de Hortensio sermonem esse, litterarum numerus vetat: Metellum ætas excludit, quippe qui diu ante legem Valeriam quæstura functus fuerit necesse est.

usque) Corruptum scribendi morem qui pro *e* diphthongum *æ* ponit, quum in conjunctione *que* tum in aliis vocabulis, qui etiam in his membranis obtinet, libris invehi minime velim, quoniam tam aperte contra prosodiam peccat. Ad hoc tamen non inutilis est, ut perspiciatur habuisse *e* litteram in illis vocabulis pinguem quendam sonum, quem auribus nimis obedientes exprimere voluerunt librarii. Ejusdem pravitatis est, quod pro *æ* quandoque *e* scribitur, quod tamen vitium jam sub Auguste obtinuisse ex Cenotaphio Pisano Caii Cæsaris apparet, ubi *Coloniæ nostre*, *statuæ inaurate*, sculpserunt.

Titum Crispinum) Ut hic, sic in codice tabularii et aliis antiquioribus Orationum, persæpe prænomina omnibus litteris scribuntur, sed promiscue etiam sigla. Huius T. Crispini, præter hunc locum, nulla memoria extat: neque omnino alicujus ex Crispinorum familia per duo illa sæcula quæ inter bellum Hannibalicum et Consulatum T. Crispini T. F. sub Augusto intercedunt.

quæstorem) Sic explico quod in codice est *que*, quod siglæ loco positum esse ex coniunctione litterarum U et E apparet: si aliter esset, emendationem locus sibi posceret. Apicis ad dextram positi, ad significandum accusativum, nullum vestigium vidi. Hæc autem nota QUE pro *quæstore* vel *quæstorem* in libris notarum non comparet, video tamen ea usum esse librarium optimi codicis Lagomars. III Verrinæ act. 2: in fragmento orationis pro Flacco *quæstores* (acc. pl.) significat: itaque ad omnes casus obliquos exprimendos adhibita fuisse videtur. Nam nominativum sing. una littera Q significari Terentius Scaurus indicat.

omnis) Hanc terminationem in hac voce, aliisque qui sub canone sunt, hæc fragmenta constanter servant: Rabirianæ Roscianæque non item: unde, quam mature librariorum in hac re interpolatio inceperit, perspicitur. Sed optimi quique, et inter

secutos. Quid accussas? quid reprendis?

ceteros antiquissimi libri orationum, eam tam sæpe repræsentaut, ut iamdiu Ciceroni ubique reddi debuisset, quomodo Lambino placebat, nisi quod vir magnus hunc sonum minus recte per *ei* exprimit: quod, præter unum Terentianum Maurum, contra Grammaticos factum est.

accussas) M. Annæus Cornutus in Cassiodori excerptis p. 2285, *antiqui*, inquit, *accussare per duo SS scripserunt*: quam eandem scripturam vocis *caussa* fuisse testatur: et Quintilianus quidem diserte tradit (I, c. 7) Ciceronem literam S geminasse quoties media vocalium longarum vel subiecta longæ esset, itaque *caussæ*, *cassus*, *divissiones* scripsisse: cujus antiquati moris qui plura exempla affert Marius Victorinus, I. p. 2456, *aussus*, *fussus*, *odiossus*, fortasse de Cicerone ipso, certe de ejus temporibus cogitabat. In nobili indulgentissimæ uxoris laudatione sub Augusto Imp. dicta, quæ in hortis Albaniorum extat, atque a Marinio, viro magno, ex schedis Ugbellianis notabili accessione mactata fuit, *caussa* quidem scribitur, sed non itidem *cassus*: *ussus* in laudatione Murdiæ perscripta nomine filiæ, quam v. cl. Carolus Fea primus edidit. Quam Murdiam eandem esse feminam quæ a maritu laudetur, ut hoc in transitu dicam; vehementer suspicor: neque enim obstat divortium propter desperatam fecunditatem factum: nam liberi, de quibus in altera laudatione sermo fit, ex priore matrimonio suscepti fuerant.— Id contra factum quam quod antiquitus obtinebat, quando S littera nunquam geminabatur, et *jousi* pro *jussi*, *ese* pro *esse* scribebant, cujus exempla in monumentis extant: ad exprimendum pressiorem sonum, ut Marius Victorinus auctor est, eum scilicet quem in voce *così* audimus. Atque id quidem jam tum quum Terentius Scaurus scriberet, etiam ab iis qui in omni re antiquitate delectabantur, in uno tantum vocabulo *caussa* servabatur: quod tamen ita intelligendum est, ut scriptio *esse*, *fuisse*, quæque alia huius generis sunt, quæ Cornuti ævo adhuc minime ab omnibus recepta esset, jam universe obtineret. Ac sane plurimis inter recentiores *caussa* scribere placuit, præsertim in Cicerone, atque id ubique fecerunt: quod non reprehenderem, si in ceteris, ubi eadem analogia est, idem facerent. Monendum vero est ne in hac quidem voce geminationem exhibere præter hæc fragmenta vel antiquissimum Vaticanum, vel quemquam ex tot codicibus quorum minutissimas quasque variationes collegit Lagomarsinius: semel tamen apud Gruterum ex præstantissimo Metelliano *cassus* allatum invenio. Atque si fieri quidem posset ut colligendis cunctis antiquissimæ scriptionis vestigiis, quæ certe plurima supersunt in horum codicum præstantioribus, eam quam Cicero secutus est rationem inveniremus, iucundum fore arbitrarer illam in ejus libris edendis adhiberi: profecto enim verum est quod ille, quem jam allegavi, Cornutus dicit, *antiquam scripturam in antiquorum libris observandam esse*. Vereor tamen ne in multis usum Ciceronis nihilominus ignoraremus, quamquam haud parum lucis ex his membranis effulsit; et ne in edendis universis oratoris scrip-

2. Nam quod in tabulis dodrantaris et qua-

tis satius sit eam orthographiam tenere quam antiqui Grammatici emendatores stabiliverunt, quæ tamen ipsa in editionibus minime obtinet. Alia ratio in his fragmentis teneri poterat, in quibus meum esse arbitratus sum inconstantiam librarii corrigere qui infra eandem vocem bis simplici *s* littera scripsit: Rabirianæ fragmenta ad has leges non revocavi. *Reprendis* pro *repraendis* scripsi: syncopen quam recentiores in hac vocis forma esse statuunt non mutavi, nam ista ne syncope quidem est. Velius Longus p. 2229. *Elegantiores et vementer* (ita legendum est pro *veementer*) *dicunt*, *et reprendit*, *secundum primam positionem*: *prendo enim dicimus*, *non prehendo*. Terentius Scaurus p. 2256. *Peccant qui prehensus cum adspiratione scribunt*, *cum eam prima persona non habeat*. Coruutus p. 2286. *Vehemens et vemens apud antiquos et Ciceronem lego*; *æque prehendo et prendo*, *hercule et hercle*, *nihil et nil*. Atque ita *reprensus* in codice tabularii Basilicæ Vaticanæ scribitur: verum in editis libris ea scriptio apud Ciceronem ubique oblitterata est, præterquam, si recte memini, in paucis quibusdam locis fragmenti Academicorum: quod in antiquissimo codice servatum fuisse, ex hoc quoque iudicio colligere posse mihi videor. — Ceterum hæc interrogatio, *quid accusas? quid reprehendis?* quæ cum iis quæ præcedunt nulla ratione coniungitur, ita posita, nescio quid inconcinnum habet; quod longe secus est in loco simili pro Murena c. 32. *quid accusas*, *Cato*? etc.

Nam quod) Quum ea quæ in hoc libro ex tribus orationibus supersunt, tum fragmenta Ciceronis Mediolanensia et orationes codicis basilicæ Vaticanæ in capita divisa sunt, quorum unumquodque a versu grandique littera incipit. His capitibus in aliis libris K siglam præfigunt, quæ plurimis locis in uno Catilinariarum, atque in non paucis Rabirianæ codicibus conspicitur, ubi subinde ab indoctis librariis in alias litteras versa est, absurdasque lectiones genuit.

dodrantaris et quadrantaris) Inconstantiam librarii in ultima voce sustuli: at ne hanc quidem attigissem, nisi alius, quæ a socordia profecta foret plane flagitiosa, rationem reddere, eamque a pudendæ oscitantiæ crimine ad regulæ laudem revocare posse mihi viderer. Etenim videmus in his membranis dativum pluralem modo in *eis*, modo, ut hic, in *is* mittere. Verumenimvero ut hanc rem expediamus, inter librarium, fortasse indoctum et parum attentum, et eos distinguamus quorum ille orthographiam in universum quidem reddebat, sed ita ut nonnunquam per negligentiam canonisque ignorantiam peccaret. Scilicet in his fragmentis primæ declinationis dativum pluralem semper per *i* scribi videmus, ut tabul*is*, terr*is*, mult*is*, alienigen*is*, quorum unum alterumque plus semel occurrunt: neque contra hanc regulam quidquam facit præter *ieis*. Similiter in neutris secundæ declinationis *is* invenio: qualia sunt iudici*is*, dat*is* et accept*is*, ducent*is* (sc. sestertiis): præterquam quod in hoc quoque genere *ieis* scribitur, quod tamen a prima ma-

drantaris, quas ait ab Hirtuleio institutas, Fontei officium desiderat, non possum exeistumare utrum ipse erret, an uos in errorem ducere ue-

nu *eis* fuerat. In masculino autem eiosdem declinationis genere eumdem casum constanter per diphthongum *eis* legimus, nisi quod semel librarius ignot*is* testibus scripsit. Itaqoe suspicor, sive Ciceronem ipsum, sive Tironem, aut alium, quicunque eius libri orthographiam stabilivit ex quo hæc transcripta sunt, nonnisi dativum pluralem masculini generis per diphthongum scripsisse, quod discrimen præsertim in continuata scriptura non sine utilitate erat: fuitque in eo fortasse aliqua ad enunciationem relatio. Tamen in ceteris I longum posuisse arbitror, secundum Lucilii in simili re præceptum (cf. Scaurum p. 2264.): cuius usum in rotundatis litteris non omnino defuisse, argumentum habeo scripturam quam Langobardicam dicunt, in qua abnormis proceritatis I littera plurimis locis errores transcripturum peperit, atque inter alia *Stalenum* nobis iudicem pro *Staieno* exhibuit: quod unum mendum est ex prope infinitis quibus Ciceronis orationes editæ in nominibus propriis obsidentur. Iam illud equidem probe novi, canonem, quem stabilire conatus sum, in tabulis legum antiquis aliisque inscriptionibus uon observari: id tamen omnino non impedit quominus eum sibi accuratiores nonnulli excogitarint: idem certe de Lucilii canone valet. Id dispiciendum est: veri ne simile sit librarium in his eo modo errasse ut casus, qui nullibi plus quam in rudis hominis oscitantia regnat, regulam exprimeret, quæ a curiosioribus pari ratione stabiliri potuit, quam illa Lucilii de I longo in singulari, EI in plurali numero adhibendis?

Hirtuleio) Firmatur hisce membranis vera huius nominis scriptio, quam contra fragmentum Livianum, epitomen, et plurimos veterum librorum locos egregie stabilivit Iuvenatius ad fr. Liv. p. XLVIII.

Fontei) Vetustissimæ membranæ fere omnes genitivum nominum secundæ declinationis quæ *i* ante ultimam syllabam habent, per unum I productum scribunt, quod in monumentis plerumque longum est: id tametsi a cunctis orthographis antiquis, Varrone principe apud Charisium p. 59, reprehenditur, hi tamen ipsi, quoniam se ratione firmant, id tacite concedunt, enunciationem unum tantum I productum agnovisse, quæ poetarum usu evidenter stabilitur. Et Plinius quidem, apud Charisium p. 60., confessus est, rationem in hac re consuetudine superari. Neque Ciceroni aliter scribere placuisse inde aliquis argumentetur quod iste *Aïiax* et *Maïia* scribebat: quæ enim in hoc genere afferuntur omnia græca nomina sunt: et contra *auditum*, *quo scriptionem emensus esse* videbatur grammatico prudentissimo Velio Longo p. 2220., ille minime scripsisse putandus est.

Exeistumare) Insolita est ista diphthongus ante positionem;

lit. Quæro enim abs te, M. Plætori, possit ne tibi ipsi probata esse nostra caussa, si, qua in re abs te M. Fonteius accussatur, auctorem habet eum quem tu maxume laudas, Hirtuleium: qua in re autem laudas Hirtuleium, Fonteius idem fecisse reperitur? Reprehendis solutionis genus: eodem modo Hirtuleium dissoluisse publicæ tabulæ coarguunt. Laudas illum quod dodrantarias tabulas instituerit: easdem Fonteius instituit, et eodem genere pecuniæ. Nam ne forte sis nescius, et istas tabulas exeistumes *ad diversam ueteris* æris alieni rationem pertinere; ob unam

verum, quum ex Comicis manifestum sit nequaquam in vera et genuina enunçiatione Latina syllabam quæ natura brevis esset per positionem productam fuisse, recte et ordine ita fecerunt, quo quantitatem indicarent. Huc pertinet quod codex tabularii *exhistumare* exhibet. U autem pro I, ubi id in his fragmentis poni videmus, Cicero procul dubio scribebat: contrarium enim usum a Divo Iulio demum introductum esse post M. Varronem Cornutus docet (p. 2284.). Neque banc scribendi rationem ubique in Cicerone oblitteraverunt: sed, ut hoc obiter moneam, codices qui emendatissimam exhibent recensionem non ideo præ ceteris obsoletæ orthographiæ tenaces sunt: imo quandoque in optimis longe recentior regnat: scilicet cum Prisciano emendatos antiquissimæ scripturæ codices Ciceronis, non omnino antiquissimos requiramus.

dissoluisse) Antiqui in huius similiumque vocabulorum divisione *l* aut *r* litteram in sequenti versu *u* litteræ præponebant, ita ut *soluo* et *silua*, exempli gratia, trisyllabi speciem acciperent (sic enim intelligo locum impeditum Cæsellii in excerptis Cassiodori p. 2316.): quomodo eos enuntiasse ex Catullo apparet: *quod zonam soluit diu ligatam*: atque in Horatio: *nunc mare nunc siluæ*. Sed Priscianus ita dividere iubet, ut præcedenti vocali accedat: iam enim *u* sonum consonantis ita acceperat ut sæpe pro illa *b* efferretur. Hæc itaque divisio, quæ ad consuetudinem referenda est quæ obtineret quum hæc scriberentur, longe validius summæ harum membranarum antiquitatis argumentum affert quam cetera scriptio, quæ fieri potest ut diu postquam ex usu exisset, accurate expressa fuerit.

ad diversam veteris) Ita supplevi lacunam ubi nihil extat præter *.d.........e..ris*: in quo spatii exactissima ratio habita est: eadem lege alii coniecturas tentent.

caussam et in uno genere sunt institutæ. Nam cum publicaneis qui Africam, qui Aquiliense por(*torium conducta habebant*...

II. 3. (*re*)cite...

Nemo, nemo inquam, iudices, reperietur qui unum se in quæstura M. Fonteio nummum dedisse, aut illum ex ea pecunia quæ pro ærario solueretur detraxisse, deicat: nullius in tabulis ulla huius furtei significatio, nullum in ieis nominibus intertrimenti aut deminutionis uestigium reperietur. Atqui omnes iei quos in hoc gene-

Aquiliense portorium) Supplementum certum est; quid autem istud fuerit portorium a M' Aquilio, ut videtur, institutum, equidem plane nescio. Ut hic de Aquiliensi portorio, sic in Philippicis de *Iulianis vectigalibus* legimus.

(*re*)*cite*..) Aut *recitet*, aut *recitent*, aut *recitetur*, aut *recitentur* scriptum fuisse minime dubium est, ubi oculi nihil præter quatuor litteras *cite* assequuntur: nam syllaba *re* cum alia pagina periit. Huius autem paginæ latus universum quod pag. 49. repræsentavi, ita erasum est, ut inter ea quæ, modo assiduam operam impenderis, legi tamen possunt, nihil difficilius occurrere credo.

nummum) Ita constanter in his fragmentis scribitur, quum alias præstantiores Ciceroniani codices in hac voce plerumque unum *m* exhibeant.

furtei) De hac scriptione vide quæ ad fragm. III. dicentur.

Atqui omnes hi quos — videmus premuntur testibus) Hæc quidem omnia vix leguntur: sæpe tamen instaurata investigatione ea quæ quadratis litteris expressi sic scripta esse præstare possum, ut stribliginis culpa in librarium conferenda sit. In his omnino contra morem est singularis littera Q cuius ductus rectus lineola transversa decussatur: quæ siglæ vice fungitur, et *quos* exprimere omnino debet. Quam vocem suspicor initio plene scriptam fuisse: omissa autem verba *in hoc*, quæ ita reposita sunt, ut illud minutis ductibus supra versum poneretur, posterius autem ex tribus ultimis vocabuli *quos* litteris efficeretur. Itaque, quum ad coniecturas confugiendum sit, quibus schedarum antiquitas non obstare debet, locum integrum, pro eo quod mendosum est, *Atqui homines sei quos in hoc genere accusatos et reprehensos videmus, preimum testibus*, ita constitui ut in ordine legitur. Pro Sex. Roscio, 1. *Omnes hi qui sedent*. Pro Cluentio, 19. *Denique hoc loco causa testibus hominibus honestissimis premebatur*. Ac profecto in omnibus libris *nos* et *vos* vix sæpius commutantur quam *omnes* et *homines*.

re quæstionis accussatos et reprehensos uidemus, premuntur testibus: difficile 'st enim eum qui

difficile 'st) Sic infra fr. 3. *consecuta 'st* : atque in fragmentis Rabirianæ: *nulla 'st*, *obsesso 'st*, *malum 'st* : in Roscianæ *sublata 'st* : denique in præstantissimo Philippicarum codice: *quæ illa barbaria 'st*? Hoc sane novum, et hactenus præterquam apud Comicos, quos hac synalœpha sæpissime uti pueris notum est, in libris vix compertum, neque in lapidibus ante Marinium animadversum: (Iscrizioni delle Ville Albani, p. 141.) qui, quum in laudatione *necessest* extet, ex variis inscriptionibus *datast*, *relatast*, *vocitatast*, *subitast*, *antrost* collegit: ne ex antiquissimis quidem schedis Mediolanensibus affertur. Nam Gruterum non audio, qui ad c. 43. II. act. 2. in Verrem, ubi Metell. lectionem *probabilis ex probabilist* ortam esse contendit, talia in codicibus passim inveniri scribat: qui quidem, si in excerptis Guilielmii eiusmodi scriptionem ex longe optimis vetustissimisque aliquot orationum codicibus Germanis enotatam invenerat, vituperandus est quod huiusmodi variationes nullibi indicarit; id certissimum est, Palatinos omnes, recentes admodum, et, demtis secundo et nono, minimi pretii libros, ipsi tam prisca nullibi exhibuisse. Sed, puto, de Plauto, quem ad optimos codices recensuerat, cogitabat nimium festinabundus. Ego quidem neque ipse huius rei vestigium præterquam uno illo ex Philippicis allato loco vidi, et Lagomarsinius, qui plane minima non negligeret, eiusmodi nihil adnotavit. Neque ullam de hac synaloepha apud Grammaticos veteres mentionem iuveni, quum sedulo quæsiverim: ac ne proprie quidem secundum eorum definitionem synaloepha dicenda esset; si aliud artis vocabulum haberemus, quoniam in illa prima duarum vocalis littera eliditur: nisi quod Velius Longus, bonus auctor inprimis et optimæ ætatis, quippe Quintiliano aut certe Suetonio suppar, in loco aliquatenus mutilato, p. 2258., scribit, esse etiam ubi vocales subducantur, si id aut decor compositionis aut metri necessitas exigat: ut — *adeo in teneris consuescere mult' m est*. Quid enim poetarum elisio ad orthographiam, nisi de hoc cogitaret, subductam secundam vocalem in scribendo omitti? Atque huic rationi persimile quiddam apud Florentinos obtinet, ubi dicunt *lo' 'mperadore*, *la 'ncisa*. Et certe, etiam quando eadem vocalis est quæ bis posita colliditur, aliud aures sentiunt quum enunciatur *difficile 'st*, aliud quum *difficil' est*. Oratores igitur scribendi ratione significasse quomodo hæc enuntiari vellent, facile intelligitur: qui, quum ita agerent, fecerunt idem quod Græci oratores et Plato, qui sæpe apocopen præbent, quum ii, qui vivam loquentis vocem exprimere sibi non proponant, ea vix utantur. Atque hoc vel maxime conatum restituendæ orthographiæ vere Ciceronianæ inhibere potest; non enim semper ita scripsisse censendus est, qui profecto vocabula in eloquendo non semper ita coniungeret, id

magistratui pecuniam dederit non aut induci odio ut deicat, aut cogei religione: deinde sei qua gratia testes deterrentur, tabulæ quidem certe incorruptæ atque integræ manent. Fac omnis amicissumos Fonteio fuisse: tantum hominum numerum ignotissumorum atque alienissumorum pepercisse huius capiti, consuluisse famæ: res ipsa tamen ac ratio litterarum, confectioque tabularum, habet hanc uim ut ex acceptis et datis quidquid fingatur, aut surrupiatur, aut non constet, appareat. Acceptas populo Romano pecunias omnes istei rettulerunt: sei protinus aliis æque magnas aut soluerunt aut dederunt, ut, quod acceptum populo Romano est, id expensum quoipiam sit, certe nihil potest esse detrac-

quod sæpe decori compositionis offecisset: quis igitur sciet quando id faciendum sit?

religione) Perforatis scalpro membranis, ex hae voce, atque ab altera parte in voce *litterarum*, tres litteræ perierunt. Itaque apparet unum tantum L fuisse, licet Cæsellius dicat oratores antiquos eam litteram in hac voce cum poetis geminasse.

deterrentur) Cod. *deterentur*.

amicissumos) Membranæ, mendose sed perspicue, habent *amicis summas*. Plane eodem mendi genere unus inter Lagomarsinianos, in quo sincerissima summæ antiquitatis vestigia ubique conspiciuntur, Catil. III.c.3, *scelerum improbis summum machinatorem*, pro *improbissumum*, exhibet.

rettulerunt — soluerunt — dederunt) In his tribus vocibus litteræ N et T sic coniunguntur ut altius productæ lineæ dextræ litteræ transversa imposita sit, quod, cum aliis eiusmodi, typis exprimi non potuit. Mox *id dexpensum* in membranis est, fortasse id quoque ad sonum exprimendum. Sane eiusdem generis est quod in loco vexatissimo pro Balbo c. 22. optimæ notæ codex Germanicus exhibet: *quid derade semalexat* pro *quid eraclesem alexam*.

expensum quoipiam) Magnam hic locus vim habet ad probandum id, quod dixi, tabularum apud Romanos eandem fuisse indolem quam earum quas Italicas vocamus Germani. Fac enim illo modo institutas fuisse quo eæ quas in Germania *nostrates tabulas* nuncupamus, iam minime verum erit quod hic ait Cicero. At in Italicis nihil

tum . Sin aliqui domum tulerunt, ex eorum arca, e ra . . . . .

III. 4. Deorum hominumque fidem! testis non inveneitur in ducentis et triciens sestertio. Quam multorum hominum? sexcentorum amplius. Quibus in terris gestum negotium est? illo, illo inquam, loco quem videtis. Extra ordinem-

cuiquam acceptum referri potest quod non alii expensum referatur; quæ quidem propria earum vis est. Negotia enim ipsa haud secus quam homines nomina in iis sunt, tam in adversariis quam in codice: ut si quis a populo Romano opus redemtum habebat, opus illud in quæstoriis tabulis nomen erat, et quodcunque eo nomine solveretur, id illi quæstor expensum ferebat. Possumus igitur suspicari quid hoc loco intersit inter *solvere* et *dare*, modo eorum memores simus quæ in hac re aut ipsi facimus aut ab aliis fieri quotidie videmus. Modo enim *solvitur*, quum de homine sermo est cui debetur, modo *datur*, negotio scilicet. Neque tamen contendam reiiciendam esse horum vocabulorum significationem consuetam. Id certe verissimum est, rite institutis tabulis nullo modo fieri potuisse ut lateret si quid *detractum* fuisset: omnis autem interpolatio, comparatione instituta, evidentissime arguebatur: quapropter rite confici tabulas ad communem utilitatem pertinebat. — *Quoius*, *quoi*, Ciceroni iure vindicatur.

arca e ra . .) Hæc ita divisi quia arca ad rem pecuniariam proprie pertinet, neque intelligere possum quid hoc loco sibi velit *arcera*, quanquam hanc vocem apud Ciceronem lectam fuisse Nonius significet 1, 270, et librarius diphthongo *æ* perperam ponenda aliquoties erraverit: deinde vero, quia præter verba *eradere* et *eradicare*, quæque ab iis derivantur, nulla sunt de quibus cogitari possit; atque profecto ne de his quidem. Syllaba *ra* prima alicuius nominis fuerit; *rationibus* verbi gratia.

testis) Pro Fonteio c. 1. *Plus ego in hac causa laboris et operæ consumo in poscendis testibus, quam ceteri defensores in refutandis.*

ducentis et triciens) Ut alibi *sestertium vicies*, *quingenta millia*, sic hoc loco ita protulit pro *bis et tricies*. — Numerorum adverbialium terminatio in *ens* quam Marius Victorinus p. 2469. tenere iubet, in optimis quibusque orationum codicibus servatur.

sexcentorum) Membr. vitiose *sescentorum*, ut apud Gruterum DXVI. 5. *sestus*: sic ubique vulgaris linguæ rudimenta in antiquitatis monumentis conspicimus.

quem videtis) Scilicet in foro atque ærario. Nam ex hoc loco, et illo qui paulo infra est, atque alio quem ibi afferam ex cap. 11. Orationis, colligo Romæ quæsturam gessisse Fonteium, cuius

ne pecunia est data? immo uero nummus nullus sine litteris multis commotus est. Quæ est igitur ista accussatio quæ facilius possit Alpis quam paucos ærari gradus ascendere: diligentius Rutenorum quam populi Romani defendat ærarium: lubentius ignoteis quam noteis utatur, alienigenis quam domesticeis testibus: planius se confirmare crimen lubeidine barbarorum, quam nostrorum hominum litteris arbitretur?

5. Duorum magistratuum, quorum uterque in pecunia maxuma tractanda procurandaque uersatus est, triumuiratus et quæsturæ, ratio seic redditur, iudices, ut in ieis rebus quæ ante

rationes accusator in ærario excutere poterat.

extra ordinem) Extra ordinem pecunia datur quæ non a mensa numeratur: etenim a mensa publica solvebat quæstor: pro Flacco c. 19: et ita rationes exigebantur ut demonstraretur a Senatu, consulibus, prætoribus, solvere iussum esse quæstorem, a quæstore mensam: in qua re, sicut hodie, multis litteris opus erat. Similiter autem, quando privati extra ordinem pecuniam dare dicuntur (pro Cluentio c. 31. *Iudicem pecuniam ab reo clam atque extra ordinem accepisse*), id ita intelligendum est, eum qui daret, fiscos domo sua misisse, non per argentarium solvisse.

commotus) Pro Fonteio c. 1. *Nummus in Gallia nullus sine civium Romanorum tabulis commovetur*. Pro Flacco *l. c. Ub nummus nullus commovetur sine prætoribus etc.*

paucos ærari gradus) Nemini quidem qui Romæ versatur dubium esse potest, ærarium supra forum eminuisse, atque ad id per gradus ascensum fuisse: horum tamen graduum Nardinius certe nullam ex antiquis mentionem affert. Obiter moneo, cryptas quæ tam vastæ sub monte Capitolino actæ sunt, partim ad templum Iovis pertinuisse videri, quæ favissæ erant: partim ad tabularium, partim ad ærarium, ubi infiniti illi thesauri reponerentur. Sic intelligitur quid significet *cuniculos ad ærarium agere*: de Officiis III. c. 25.

Rutenorum) Dixi quæsturam a Fonteio Romæ gestam videri: igitur hoc intelligendum est, quæstore Fonteio Rutenorum civitati ab ærario Romano solvendum fuisse; nisi tamen hæc ad præturam Gallicam referenda sunt.

alienigenis) Pro Fonteio c. 17. *Cu-*

oculos gestæ sunt, ad mu*l*tos pertinuerunt, confectæ publicis privatisque tabulis sunt, nulla significatio furtei, nulla aliquoius delicti suspeicio referatur.

6. Hispaniensis legatio consecuta 'st, turbulentissumo reipublicæ tempore, cum adventu L. Sullæ in Italiam maxumei exercitus civium dissiderent *de* iudiciis ac legibus: atque hoc reipublicæ statu desperato qualis . . . . . .

rate ut nostris testibus plus quam alienigenis credidisse videamini.

ante oculos) Pro Fonteio c.11. *Magistratibus quos ante oculos vestros gessit.*

mutos) Litteram L, cuius vestigium nullum apparet, librarius omisisse videtur. Quam flagitiose autem ab illo E et AE commutarentur, etiam in hoc et in præcedente versu conspicitur.

tabulis sunt) Membranæ perspicue *sint*: paulo ante tamen *sunt* et *pertinuerunt*: ad quæ scripturam huius loci correxi.

Hispaniensis legatio) In ulteriorem provinciam, quam Cicero, orationis c. 16, inter Fonteii defensores constituit.

consecuta 'st) Pro *secuta 'st*: de quo huius vocis compositæ usu vice simplicis v. Drackenborch. ad Liv. XXVII. c. 20, apud quem semel aut bis occurrit; in Cicerone frequens est, nonnunquam ex melioribus libris restituenda: ac sæpe ubi composita in editis libris recte legitur, magna scriptorum pars simplicem exhibet: de qua re v. Garatonium ad Catil.III.c.6. Hoc autem mihi observare visus sum Ciceronem hoc composito tantum in tertia persona ita uti. Obiter moneo illud etiam ad indicia pertinere librum de bello Africano diversum ab elegantibus Hirtianis libris auctorem habere quod is composito *convulnerari* simplicis significatione non utatur solum, quod alter nunquam facit, verum id usque ad nauseam iteret.

adventu L. Sullæ . . . de iudiciis ac legibus) Membr. *cum adventu L. Sullæ maxumi exercitus in Italiam civium dissiderent iudiciis ac legibus*. Quæ quum manifesto corrupta sint, duplex emendandi ratio erat; altera, quam ut lenissimam elegi; altera ut scriberetur *c. adv. L. S. maximi exercitus civium in Italia dis.* Ante *iudiciis* præpositionem addidi, quæ abesse nullo modo potest. — De expeditione L. Sullæ contra patriam, ad mitigationem rei diræ, sollemnis quodammodo usus est vocabuli *adventus*; neque is apud Ciceronem tantum, sed apud Velleium quoque, quod mireris, valet. Et Cicero quidem hanc vocem generatim de hostili irruptione ponit, quum hac ipsa oratione, c. 16, de *Thracum adventu in Macedoniam* loquitur. — *Exercitus dissidere* eiusdem euphemismi est, ut in Marcelliana *armis et castris dissidere* legimus — aliaque similia apud alios auctores.

M. TULLII CICERONIS

ORATIONIS

PRO C. RABIRIO AD QUIRITES

SESQUIPAGINA

Oratio pro C. Rabirio ex earum numero est quas in unico quodam antiquissimo codice, a cognitione hominum remotas, usque ad litterarum instaurationem delituisse dixi: atque eodem volumine præterea orationis pro Q. Roscio fragmentum comprehensum fuisse, diserte testantur codices plurimi et nonnullæ inter editiones prisci ævi, in quibus, ubi Rabiriana abrumpitur, subscriptum est: execta esse ex vetustissimo codice folia duo, cum quibus huius orationis finis et orationis pro Q. Roscio principium interciderit: quæ adnotatio, cum aliis eiusdem indolis, deinde, per incredibilem editorum negligentiam, abiecta fuit. Atque in eo quidem viros minime malos, qui hæc adnotarent, opinio fefellit, quod, quæcunque in utraque oratione desunt, ubi se in codice contigerant, duobus foliis contineri potuisse crediderunt; quæ vix unum quaternionem, præter illa folia, capere potuisse arbitror: præsertim quia, quo antiquiores codices sunt, eo rarior grandiorque eorum scriptura est: atque ita se in illo vetustissimo, quem vocant, codice rem habuisse, ex lacuna colligitur quæ in media oratione est; unius paginæ, ut iidem libri indicant, interitu orta; quo loco sane non ita multum deest. Iure autem summam illi codici antiquitatem tribui, ex orthographia quam in hac oratione codices primæque editiones servant, conficitur; quæ illam, quam

in his membranis conspicimus, antiquitate superat: nisi quod synaloephen verbi substantivi ignorat, quæ tamen per inscitiam oblitterari potuit. Atque ita emendate scriptus erat, ut in hac quidem oratione, etiam post indoctos librarios et temerarios editores, perpaucis locis aliquid ad emendationem requiratur. Sane vero etiam in hac parte schedæ nostræ, admodum negligenter scriptæ, ad illius præstantiam non accedunt. Neque tamen illud asserere ausim, librum incolumi re Romana scriptum Petrarchæ aut Poggii ætate adhuc extitisse: quum fieri potuerit ut alium secuti sint librarii, V vel VI sæculis antea ex eiusmodi libro transcriptum, in quo illa de exectis foliis adnotatio extaret. Nam Florentinus quidem Varronis de lingua latina librorum codex, ceterorum omnium fons et parens, sæculo IX vel X scriptus est: atque in eo, ubicunque lacunæ comparent, adnotatum est *in exemplo paginam unam pluresve exectas fuisse*.

Iam, quum hæc oratio in codice parente eam quæ pro Q. Roscio est, præcedat, dicendum erit, aut nihil secutum esse eum qui hoc ordine orationes disposuit, aut certe neque causarum genera, — quarum una vel maxime publica, altera privata omnino est, — neque tempora, — qui orationem ab adolescente dictam post eam collocaret quæ in consulatu habita est. Quo magis autem repugno ne casum et fortuitam perturbationem regnare concedam, ubi ordo et concinnitas ab humanæ mentis indole requiri videatur, eo attentius animum adverti in membranis Vaticanis, post explicitam pro Rabirio, incipere orationem pro Sex. Roscio, prius etiam quam illam pro Q. Comoedo a Cicerone dictam. Hinc igitur concludebam, orationes Ciceronis, eas certe quæ non maiora per se corpora efficiebant, quales sunt Verrinæ et Philippicæ, antiquitus ex

litterarum serie dispositas fuisse : qui ordo in diversis editionibus paulum discrepare potuit, ita ut in una quidem oratio pro Q. Roscio ante eam pro Sexto, in alia vero Amerini defensio ante orationem pro Comoedo collocaretur. Firmatur hæc coniectura vel maxime confusione, de qua supra locutus sum, alicuius partis orationis pro Flacco cum Fonteiana: eundemque ordinem secuti sunt in Plautinis fabulis: neque ab illo alienum est monumentum nobile quod olim in villa Albaniorum extabat, tabulam dico, ubi tragoediarum Euripidearum ex litterarum ordine dispositus index exhibebatur, cuius pars non exigua supererat : eius autem rei ratio Winkelmannum latuit (Opp. II. p. 304.). Quum igitur hæc coniectura magna veri specie blandiretur, de eo cogitare coepi, quod, si orationes Ciceronianas olim ita dispositas fuisse nobis fingimus, atque ex superstitum numero illas separamus quæ per se libros integros efficiunt, quas supra indicavi; deinde eas quæ præ aliis in Rhetorum et Grammaticorum scholis celebrabantur et interpretabantur, quales sunt orationes Catilinariæ, pro Cluentio, pro lege Manilia, pro Archia, pro Milone, pro Ligario, pro Marcello, pro Deiotaro : illas denique quæ ad rempublicam a Cicerone gestam eiusque exilium pertinent, quum genuinas tum suppositas: quæ ab historiæ Ciceronisque studiosis in unum corpus compositæ fuisse videntur : pro Sulla, antequam iret in exilium, post reditum duas, pro domo, de haruspicum responsis, pro Sestio et in Vatinium, pro Plancio, invectivas Sallustianas, Catilinarias spurias, quæ raro in libris typis expressis occurrunt : his, inquam, segregatis, iam reliquæ sunt: pro Cæcina, pro Coelio, pro Cornelio Balbo, pro Flacco, pro Fonteio, pro Murena, in Pisonem, de provinciis consularibus, pro Quinctio, pro C. Rabi-

rio Postumo, pro C. Rabirio ad Quirites, pro Q. Roscio, pro Sex. Roscio, in P. Rullum de lege agraria tres. Mitto fragmentum Fonteianæ, cuius ratio iam exposita est: at, quicunque hunc indiculum inspicit, animadvertet, præter orationes pro Flacco et pro Murena, omnium ceterarum titulos, si orationes Ciceronianas secundum litteras dispositas fuisse cogitat, hunc ordinem respicere; tres primas ad litteram C, reliquas ad P. Q. R. pertinere. Huius autem rei ratio tunc expeditur, si ponimus, ex collectione ingenti, quæ plurimis voluminibus comprehensa fuerit, unum superfuisse quod tres illas contineret quæ ad C litteram pertineant, duo aut tria in quo reliquæ ex ordine dispositæ fuerint. Atque primæ quidem tres integræ sunt: ceterarum pars maior lacerato codice mutilæ. Iam vero has posteriorum litterarum orationes non in uno volumine extitisse, inde præsertim colligo, quod optimus ille Erfurtensis codex nonnullas ex earum numero habet, alias non item: quum autem in illis, quæ ei cum Italicis libris communes sunt, eandem originem in universum ita prodat ut ea minime dubia sit, servavit tamen commata, quæ, propter 'ὁμοιοτέλευτον omissa, ab Italicis omnibus absunt. Itaque suspicor illud volumen in quo Rabiriana et Roscianæ cum aliis extarent, docto illi, pront tempora ferebant, homini, qui in Thuringico codice corpus, quod ad vitam publicam Ciceronis spectare dixi, nonnullis aliis locupletaret, non innotuisse: illud in Italia aut extitisse aut huc adlatum fuisse; ceterarum apographum festinatius factum Italos accepisse.

Ubi desinit huius orationis pars edita, periodus abrumpitur, quam Lambinus supplemento explere conatus, sensum quidem haud dubie assecutus est, a verbis aberravit. Etenim in stolida illa, sed tamen multis

locis ex laciniis Ciceronianis consuta oratione, *antequam iret in exilium*, quam repudiare prudentum fuit, at legere eam deberent, quod hodie vix quisquam facit, hæc extant: *Si C. Mario auxilio fuistis quod in clivo Capitolino fecerat cædem civium improborum : — ut sæpe multorum in periculis fecistis, sic nunc in meis miseriis divinum aliquod auxilium ostendite*: unde minime dubium est ultimum incisum ita redintegrandum esse : — *quod in clivo Capitolino improborum civium* CAEDEM FECERAT.

Qui ad hanc orationem, Suetoniumque et Dionem Cassium, de iudicii genere dixerunt, in quo Rabirius a Cicerone defensus est, omnes, Dione auctore, (XXXVII. c. 27.28. p.129. ed. Reim.) statuunt, damnatum perduellionis iudicio a duumviris C. Rabirium ad populum provocasse, cuius comitiis per prudentiam Q. Metelli diremtis, T. Labienum, qui alio iudicio accusare potuisset, actionem abiecisse. Itaque ad populum provocatione certantem a Cicerone defensum esse autumant: et profecto, si Dionis testimonio standum est, aliter se res habere nequit. Atque ego certe is minime sum qui de huius scriptoris, prudentis et diligentis viri, fide detrahere soleam; sed hac quidem in re eum errasse, atque aut numquam perduellionis iudicium in Rabirium a populo habitum esse, aut, siquidem illius periculum callido consilio depulsum fuerit, Labienum eidem reo multam irrogasse, ex hac ipsa oratione perspicue intelligitur. Scilicet Ciceronis defensio, ut ipse disertis verbis docet (c. 3.), ad *multæ irrogationem* pertinet, cui propria erant tot alia crimina ab accusatore in reum collata, a perduellione maxime aliena: et tantum abest ut de hoc iudicio cogitari possit, ut Cicero Labienum querentem inducat (ibid. c. 1.) *istud*

a Consule in causa Rabirii sublatum esse; ipse glorietur, *se carnificem de foro, crucem de campo sustulisse*. Neque in omni defensione, ac præcipue quidem in perorationis parte quam Vaticanenses schedæ servarunt, de carcere et de cruce, sed de exilio rei, si condemnetur, cogitat. Quare persuasum habeo, licet contrarinm tradat Dio, fecisse Labienum idem quod ab accusatoribus P. Clodii, qui classem populi Romani ad Drepana amiserat, factum esse interpres Ciceronis ad orationem in Clodium et Curionem docet (V, 4.): indicio valde memorabili, et quod rem clari exempli multo accuratius quam ceteri veterum auctorum loci illustrat. Nam Pullium (*P. Villium* suspicor scribendum esse) et Fundanium, Tribunos plebis, tradit, dicta die perduellionis, quum imber comitia diremisset, postea P. Clodio multam irrogasse cxx millium æris; quo iudicio a populo damnatns est. Verum hoc ita disputo ut minime dubitem, Rabirium ad populum provocasse, lex enim iubebat (Livius I. c. 26.): sed ex illa Ciceronis gloriatione et tribuni querela concludo, consulis senatusque auctoritate abolitum fuisse quod duumviri, contra legem a prætore dati, iudicaverant; imo præclarum illud Q. Metelli facinus ad iudicium de multa referendum esse omnino arbitrarer, nisi absolutum esse Rabirium populi suffragiis Suetonius innueret; servatumque sua virtute, non ereptum alius cuiusdam ope, optimum civem, Cicero ipse indicaret (in Pisonem c. 2.).

Itaque, ut error, qui super hac re invaluit, penitus tollatur, inscribendam orationem *ad Quirites*, non *pro perduellionis reo*, suadeo; quamquam hunc titulum antiquissimum esse non negem.

RABIRIO

P. 122. v. ARETITAQ.NONSENA
TUSINEACAUSACOG
NOSCENDAMEAGENTE
DILIGENTERAUTICLE
MENTIORFUITQUAM
UOSUNIUERSICUM
CUMORBISTERRAE
DISTRIBUTIONEMAT
Q.ILLUMIPSUMAGRU
CAMPANUMANIMIS
MANIBUSUOCIBUS
RE . . . .

IDEMEGOQUODISQ.AUC
P. 128. B. r. TORHUIUSIUDICIICLA
MOPRAEDICODENUN
TIONULLUSESTRELI
QUSREXNULLAGENS
NULLANATIOQUAM
PERTIMESCATISNUL
LUMADUENTICIUM
NULLUMEXTRANEUM

MALUMST.QU
NUAREINHAN
SITSIIMMORTA
HANCCIUITATE
UOLTISSIAETER
IMPERIUMSIG
SEMPITERNAM
NOBISANOSTRI
DITATIBUSATUI
TISHOMINIBUS
UARUMRERUM
. . . .
ADOMESTICISCO
ESTCAUENDUM

HISCEAUTEMM
NUMPRAESID
BISMAIORESUE
LIQUERUNTUO
ILLAMCOS.QUIR
SALUAMESSEU
HUICUOCIFAUE

PRO C.

P. 122. v.

ESTROIUDICIO	MORUMSUSPICIO
LERITISMIHI	NULLAST.TELANON
NEQ.ERIPUERI	UIDEONONUISNON
SPEMLIBERTA	CAEDESNONCAPITO
EMSALUTISSPEM	LIIATQ.ARCISOBSES
TATIS	SIOST.SEDACCUSATIO
EREMSIT.LABIE	PERNICIOSAIUDICI
AEDEMCIUIUM	UMACERBUMRESTO
SETUTL.SATUR	TAATR.PL.SUSCEPTAM
SSICARCEREMRE	CONTRAREMP.NON
SSETSICAPITOLI	UOSADARMAUOCAN
. . . .	. . . .

P. 128. B. r.

UISSETFACEREM	ADSUFFRAGIACOHOR
ODC.MARIUSFE	TANDOSCONTRAOP
DSENATUMRE	PUGNATIONEMUESTRA
EMUOSADRP	UESTRAEMAIESTATIS
NDUNDAMCO	PUTAUI
ARERARMATUS	ITAQ.NUNCUOSOMNES
UOBISCUMAR	OROATQ.OBTESTOR
OBSISTEREM	HORTORQ.NONITA
CQUONIAMAR	MOSESTCOSCUMES.

RABIRIO

.IMETQUIHASCEO	LABORATNIHILAL
READUERSOPRORP	IAMUOSORATATQ
CICATRICESACNOTAS	SECRATNISIUTIN
UIRTUTISACCIPITIS	LEGITIMOFUNER
NEQUODACCIPIATPA	DOMESTICAMOR
MAEUOLIUSPERHOR	PRIUETISUTEUM
RESCITQUEMNUM	PROPATRIAMNU
QINCURSIONEHOS	UMQUAMMORI
TIUMLOCOMOUERE	RICULUMFUGIT
POTUERUNTISNUNC	PATRIAMORIPATI
IMPETUMCIUIUM	DIXIADIDTEMPUSQ
.UIN.CESSARIOCE	MIHIATR.PL.PRA
DENDUMESTPER	TUTUMESTAUOB
HORRESCIT	QUAESOQ.UTHA
EQ.AUOBISIAMBENE	AMDEFENSION
IUENDISEDHONES	PROAMICIPERICU
EMORIENDIFACUL	DELEMPRORPSALU
ATEMPETITNEQ.IAM	CONSULAREMPU
TDOMOSUAFRUA	TIS
URQUAMNEPATRIO	
EPULCHROPRIUETUR	

P. 125. v.

P. 128. r.

Digitized by Google

M. TULLI

ORATIO EXPLICITA

INCIPIT

ROSCIO

I. 32. . . . . . aret. Itaque non Senatus in ea causa cognoscenda, me agente, diligentior aut inclementior fuit quam uos uniuersi, cum orbis terræ distributionem atque illum ipsum agrum Campanum, animis, manibus, uocibus, *repudiavistis*.

33. Idem ego quod is, qui auctor huius iu-

aret) Etsi omnium Ciceronis defensionum brevissima hæc fuit, semihoræ spatio circumscripta, tamen non pauca intercidisse videntur inter huius fragmenti initium et ea quæ in hactenus editis ultima sunt. Amisso igitur nexu, quum id quoque perobscurum sit de qua re orator egerit in illa sectione cuius ultima tantum periodus legitur, multo magis difficile est perspicere quale fuerit istud vocabulum quo præcedens periodus terminabatur, cuius hæ duæ syllabæ supersunt. Non tamen propterea omni coniectura probabili destituimur: et, si illa, quam proxima adnotatione exponam, vera est, suspicari licet verbum, inter pauca illa primæ coniugationis quærendum quæ o pura finiuntur, *dilaniare* esse, ut sensus integri membri eiusmodi fuerit: Senatum hoc egisse ne carnifex corpus civis Romani dilaniaret.

Causa) In his schedis in ista parisque rationis vocibus unum *s* scribitur. — Quæ autem hæc causa intelligenda est? Secundum ea quæ paulo ante disputavi, de perduellionis iudicio sermonem esse arbitror, quod a Senatu rescissum fuerit: de lege Servilia agraria, cuius mentio mox sequitur, certe non cogitandum est, de qua quum Senatus consuleret, causam non cognoscebat.

Diligentior aut inclementior) Duplex huius loci restituendi ratio adhiberi possit, quum ea quam secutus sum, ut pro *diligenter*, *diligentior* rescriberem, præsertim qui viderem in Fontcianæ codice basilicæ Vat. similiter erratum fuisse; tum alia longe violentior, ut post vocem *diligenter*, quasi a negligente librario omissa insererentur *aut severior*, vel simile quiddam. Sane *diligentia* est *agentis* (ad div. I. 5. *a nobis agentur omnia diligenter*:) ac præcipue quidem senatoris et consulis qui referat: at illa non minus propria est *cognitionis causarum*: (*causas diligenter penitusque cognoscere*: de Orat. II, 24): quod autem sequitur *inclementior*, non ad causæ cognitionem, sed ad Senatum refertur. Atque *inclementius* egisse videri poterat Senatus, licet crudeli actioni tribuniciæ adversaretur, dum Senatus consulto duumvirorum damnationem aboleret, tribunum in ordinem redigeret: quid? quod ipsa legis Serviliæ repudiatio hoc loco *inclemens* dicitur.

repudiavistis) Plicata agglutinataque pagina præter primas duas huius versus litteras, ceteræ perierunt: ita tamen ut ex litteris DI nonnihil supersit.

dicii *est*, clamo, prædico, denuntio: nullus est reliqus rex, nulla gens, nulla natio quam pertimescatis: nullum aduenticium, nullum extraneum malum 'st qu*od* *insi*nuare in hanc *rem-publicam* *pos*sit: si immorta*lem* hanc ciuitate*m* *esse* uoltis, si æter*num* imperium, si *gloriam*

est) Hoc quoque vocabulum omissum est negligentia librarii, qui supra, v. 7. *cum* geminaverat. Utrum autem *est* an *'st* scribendum sit, non definio.

reliqus) Ita scribi solitum fuisse in vetustissimis Codicibus Ciceronianis, illis huius ipsius orationis libris firmatur qui sæculo XV admodum diligenter transcripti fuerunt; neque multum abit quod vetustissimus Cluentianæ Laurentianus habet *relicum*: quin nulla fere est oratio cuius exemplaria ex valde antiquis proxime orta supersint, ubi hæc scriptio in uno alterove libro non inveniatur. Sic etiam fragmentum Livianum *propinqum*: quod idem, ubi in aliis rebus hæ schedæ recentiorem orthographiam habent, cum illis conspirat; quippe ubi similiter *omnes* pro *omnis* scribatur. Ac disertum habemus testem sua ætate hanc scriptionem in usu fuisse Velium Longum p 2222. 2223, quamquam aliud exemplum ponat, *equs* scilicet: ubi unum *u* auribus sufficere concedit, verum propter rationem duo exigit. Huc porro illud quoque pertinet quod, Quintiliano teste, *cum*, adverbium temporis, *qum* scribebant. Nam *o* post *u* in eadem syllaba, ubi posterioribus *u* geminare placuit, tunc scribebant antiqui, quum syllaba a digamma incipiebat: *servos*, *primitivos*.

malum 'st) De hac synaloepha dixi ad Fonteianam. Illud his fragmentis proprium est, quod hæc figura puncto post mediam litteram *t* apposito indicatur, quo Donatus, p. 1742, mediam distinctionem significari ait.

quod insinuare) Ita scripsi, omisso pronomine *se*, quia id facere ex usu Ciceronis liceret: de quo vide Grævium ad Verr. III a. 2. 68: quo tamen loco longe præstantior illa codicum familia, ad quam Nannianus, Fabricianus, Car. Stephani et Lagom. 42 pertinent, voculam illam inserunt. Hic autem numeri litterarum ratio habenda erat, ne octo litteræ adderentur. Is numerus in singulis versibus nunquam XII minor invenitur, neque maior XVIII: itaque, desecta parte paginæ, id videndum est ne ad explendas versuum extremitates plures litteras addamus quam hæc ratio fert. De breviore versu ne nimis solliciti simus: sunt enim inæquales. Denique animadvertendum est in summa pagina unam duasve litteras amplius quam in ima abscissas esse. Ut igitur demonstrem contra hanc rationem a me factum non esse, sufficit ea colligere quæ in hac columna siglis scripta restituta fuerunt: v. 4 RP. pro

sempiternam *manere* , nobis a nostri*s* *cupid*itatibus , a tu*rbulent*is hominibus *atque no*uarum rerum *cupidis* , *ab intestinis malis* , a domesticis co*nsiliis* est cauendum .

34. Hisce autem m*alis mag*num præsid*ium* *u*obis maiores ue*stri re*liquerunt , uo*cem* illam Consulis , qui *rempublicam* saluam esse *uolt* . Huic voci faue*te* , *Quirites* , *neque u*estro iudicio

rempublicam . v. 10. ATQ. pro *atque* denique v. 19. REMP. pro *rempublicam* .

manere) Hanc vocem posui potius quam ut *esse* quod supra locum sibi vindicavit , iterarem .

ab intestinis malis , *a domesticis consiliis*) Integer versus in plicatura oblitteratus fuit, quomodo autem is suppleretur , id a restauratione versus sequentis (13) pendebat . Ubi quum litteræ CO apparerent , occurrebat , fieri posse ut scriptum fuisset vel *coniuratis* , vel *cœtibus* , vel *consiliis* : quorum quod primum est elegissem , tunc autem in superiore versu rescripsissem *a seditiosis Tr. Pl.* , nisi octo litteræ in fine additæ , inter quas *u*, quæ duarum spatium implet , nimiæ visæ essent . Itaque in ultimo vocabulo acquievi , quo posito præcedentis versus supplementum vix aliter constitui poterit . Habebam autem ante oculos quæ prorsus similia Cicero ante paucos menses dixerat in Senatu , tribunos compellans , quæque post Catilinæ discessum in concione memoravit : adv. Rullum I, c. 9. *Nullum externum periculum est* , *non rex* , *non gens ulla* , *non natio pertimescenda est* ; *inclusum malum* , *intestinum ac domesticum est* . In Catilinam II , c. 5. *Nulla est natio quam pertimescamus* : *nullus rex qui bellum populo Romano facere possit* : *omnia sunt externa pacata* : *domesticum bellum manet* : *intus insidiæ sunt* : *intus inclusum periculum est* : *intus est hostis* .

vocem) Cæsar bell. Civ. I , 7. *Quotiescumque sit decretum* , *darent magistratus operam* , *ne quid RP. detrimenti caperet* : *qua voce et quo S. C. populus Romanus ad arma sit vocatus* .

favete , *Quirites*) Nisi spatii angustiæ obstare visæ essent , longe prætulissem ita hunc locum supplere ut scriberem *favere debetis* , *Quirites* ; raro enim Cicero , quum concionem alloquitur , imperativo utitur : scilicet , ne maiestatem populi parum colere videretur . Ita , ut unum ex plurimis exemplum afferam , in hac ipsa oratione , c. 2. *Sic enim existimare debetis* , *Quirites* . Ac sane si hæc vox , *Quirites* , omitti posse ullo modo mihi videretur , hoc elegissem , quum ultimus versus sæpe longius quam ceteri excurrere soleat . — Eadem ratione , ne imperare videatur , paulo post optativo utitur : hæc enim indoles est futuri exacti , quando pro imperativo ponitur , licet dissentiant auctores

*abstu*leritis mihi *rempublicam* , neque eripuer*itis* *reipublicæ* spem liberta*tis* , *sp*em salutis , spem *dignit*atis .

35. *Quid fac*erem si T. Labie*nus* cædem ciuium *fecis*set , ut L. Satur*ninus* , si carcerem re*fregis*set , si Capitoli*um cum armatis occupa*uisset ? Facerem *id quo*d C. Marius fe*cit* , *a*d Senatum re*ferre*m , uos ad rempublicam *defe*ndundam co*hort*arer , armatus *ipse* uobiscum ar*mato* obsisterem . *Nun*c quoniam armorum suspicio

quos sequuntur Charisius p.229 , et Diomedes p. 353. Qui futuri exacti usus quum apud priscos valde usitatus esset , (ut illud Ennii est : *Nec mi aurum posco , nec mi pretium dederitis*) serius fere exolevit ; in defectivis tamen , re cogente , remansit . Neque , si cui placuerit in hoc loco rescribere ; *huic voci faveritis* , ego quidem repugnaverim . *Quirites* per siglam Q. R. scribebatur ; quæ in codicibus optimæ indolis haud raro obvia , in notarum libris desiderari videtur : sed apud Magnonem pro *queres* (quod Putschius *quæres* fecit) *Quirites* rescribendum esse vix dubium esse potest .

rempublicam) Hoc supplementum , nota REMP. scriptum, spatium postulat , quod amplius quatuor vel quinque litteris non patitur , ex quibus una sequens vocabulum inchoare debet : ac nulla quidem de eius veritate restaret dubitatio , si locutione *rempublicam auferre* usum fuisse Ciceronem indicare possem . Verumenimvero quum sincerissimæ sint illæ : *rempublicam permittere , tenere , recuperare* (de Sullana nobilitate) ubi vocis *reipublicæ* eadem vis est quam imperii et potestatis, de ea sollicitus non sum: quamquam fieri potest ut meliora ab aliis inveniantur . Mox *reipublicæ* per siglam RP. scriptum fuisse necesse est : nam *P.R.* locum hic habere non crediderim .

dignitatis) In Rullum I. 6. *ut vobis non modo dignitatis retinendæ , sed ne libertatis quidem recuperandæ spes relinquatur* . Ac ne quis aliam vocem ad supplementum quærat, propterea quod hæc dichoreum exhibet , eius rei neque exempla apud Ciceronem desunt , neque præceptum, quum doceat (Orat. 63.) *Dichoreum non quidem sua sponte vitiosum esse in clausulis sed quum semper sit idem : per se enim præclare cadere* , etc. Cf. Diomedem II.p.467. Proximo versu , qui primus novæ sectionis est , septem litteræ admittebantur , propterea quia primæ ad lævam evagantur . — Mox quæ confeci duorum versuum supplementa , ea vero nulla confirmatione egent .

nulla 'st, tela non uideo, non uis, non cædes, non Capitolii atque arcis obsessio 'st, sed accusatio perniciosa, iudicium acerbum, res tota a Tribuno plebis suscepta contra rempublicam, non uos ad arma uocan*dos mihi esse*, *sed* ad suffragia cohortandos contra oppugnationem uestræ maiestatis putaui.

Itaque nunc uos omnes oro atque obtestor, hortorque. Non ita mos est, Consulem, cum es ......

II. 36. . . *t*imet: qui hasce ore aduerso pro

suscepta) Membranæ barbare *susceptam*. Paulo post *vestra* deleri debuit.

Consulem cum etc.) Ambiguum videri potest utrum in hoc versu COS an EOS, CUM an LUM, scriptum fuerit. COS autem si scriptum fuit, ut equidem plane arbitror, hanc siglam, qua omnes casus vocabuli *Consul* exprimuntur, hoc quidem loco accusativum exprimere vix dubium est. Atque, ne quis emendatione adhibita proximum fragmentum cum hoc coniungi posse sibi persuadeat, moueo, primam vocem, *timet*, ultimam coli esse, quod proxime sequenti exæquatum fuisse necesse est, sex versus implenti.

timet) Prima littera evanuit: ultima vix comparet: attamen lectio indubia est.

qui hasce) Caietanus Melior, Neapolitanus, qui novam editionem fragmenti Liviani cum Iuvenatii commentariis in urbe patria curavit, ut ei super additamenta quæ a Iuvenatio expresserat, alias dotes præ Romana adderet, quinque paucorum versuum fragmenta ex diversis codicis locis petita collegit, quæ omnia pro Ciceronianis venditavit, clamans, *ultro loquentem se prodere M. Tullium*. In illis hic quoque locus legitur, a verbis *qui hasce* usque ad illa *hostium loco movere*: atque hunc quidem ad Ciceronianam orationem pertinere, membranæ ipsæ, versa pagina, grandibus et conspicuis litteris docebant, quod ille reticuit. In ceteris vero prodigiose erravit, quæ omnia Senecæ sunt, atque infra a me in Annæanis fragmentis indicabuntur; fieri autem potuisse ut ea a viro minime indocto pro Ciceronianis haberentur, id satis mirari non possum. Nam quod sectatores credulos nactus est, qui sibi adhuc acutius cernere visi sunt, eaque omnia, locum dico ex peroratione in causa capitis senatoris Populi Romani, veterani militis, illosque de amicitia ex frigidis L. Senecæ nugis, ad orationis pro Q. Comoedo initium retulerunt, id quidem flagitiosum ac ridendum est. In his igitur paucis versibus quædam recte emen-

republica cicatrices ac notas uirtutis accepit, is ne quod accipiat famæ uolnus pertimescit: quem numquam incursiones hostium loco mouere potuerunt, is nunc impetum ciuium, *c*ui necessario cedendum est, perhorrescit.

37. *N*eque a uobis iam bene *u*iuendi, sed hones*t*e moriendi facul*t*atem petit: neque tam *ut* domo sua frua*t*ur, quam ne patrio *s*epulchro priuetur, laborat. Nihil al*iud* iam uos orat atque *ob*secrat nisi uti *ne se* legitimo funer*e et* domestica mor*te* priuetis; ut eum *qui* pro patria nu*llum* umquam mor*tis* periculum fugit, *in* patria mori pati*amini*.

davit ille, quædam male exhibuit: illud, quum pro *accipit*, *accepit*, pro UOLIUS quod in oblitterata scriptura extare videtur, fuit autem fortasse UOLTUS, *volnus* legendum esse indicat: hoc, quum INURI nullo sensu pro PRO RP, *advorso* pro *adverso*, *commovere* pro *loco movere* exhibet.

cicatrices) Inter paucissima Q. Hortensii monumenta, quæ aut ille scripta reliquit, aut a posteris lecta fuerunt, erat etiam C. Rabirii in hac ipsa causa defensio: ex qua quæ Charisius p. 100 servavit verba, *cicatricum mearum*, ad locum prorsus similem pertinuisse apparet, ubi tamen Rabirium loquentem induxerat.

volnus pertimescit) Sic emendavi, quum in membranis scriptum sit *perhorrescit*, neque enim unquam mihi persuaderi patiar ut credam hanc vocem quæ paucis post versibus in proxime subsequentis incisi extu iterum occurrit (*impetum civium perhorrescit*), adeo ingrate a Cicerone fuisse iteratam. Quo vero loco emendatio adhibenda esset, quum aures indicabant, tum vel maxime alius ipsius oratoris locus: in Verrem IV, act.2. c. 35: *hanc tu tantam religionem si tum in imperio non pertimescebas, ne nunc quidem in tanto tuo periculo perhorrescis*? Hæ autem voces a librariis permutantur: et in Catilin.II. c. 1. ubi ceteri libri omnes *intra domesticos parietes pertimescemus* legunt, unus, at is plane egregius, inter Lagomarsinianos, *perhorrescemus* exhibet; atque id, ut mea quidem opinio fert, recte.

incursiones) Membranæ *incursione*: et infra *patriam* pro *patria*; cuiusmodi menda hominem plane indoctum et rusticæ linguæ assuetum produnt.

neque tam) Sic emendavi, pro *iam*.

Digitized by Google

38. Dixi ad id tempus *quod* mihi a Tribuno plebis pra*esti*tutum est : a uob*is peto* quæsoque ut ha*nc me*am defensio*nem* pro amici peric*ulo fi*delem, pro reipublic*æ* salu*te* consularem pu*te*tis .

peto) De locutione quam certissimo supplemento restitui cf. Dukerum ad Liv. VIII, c. 9, 7.

Cum spatii nonnihil adesse videam, eo utar ut observem, commentarios ad hanc orationem olim extitisse Sacri cuiusdam, quorum Charisius meminit, p. 188. Nimirum plurimi ad Ciceronis orationes scripserunt, quorum notitiam, præsertim ex Grammaticis, colligere, haud inutile foret.

Digitized by Google

LECTIONES VARIÆ

AD ORATIONES

PRO C. RABIRIO ET PRO SEX. ROSCIO

EX SCHEDIS RESCRIPTIS

Membranarum rescriptarum etiam in editis non contemnenda utilitas est, tunc præsertim quum codices, qui habentur, ex uno solo, eodemque parum emendato, derivati sunt: cuius rei luculentissima exempla variæ lectiones præbent quas ad Plautum orationemque pro Coelio protulit ill. Maius: neque eas spernendas esse puto quæ hic proferam. Sic optandum sane est ut, quæ Veronæ ex T. Livii prima decade supersunt, conferantur: cuius codices, quantumvis numerosi, cuncti tamen ex uno illo exemplari manarunt quod Nicomachus Flavianus Symmachis, amicis suis, emendavit.

AD RABIRIANAM.

c. 5. *homine libero*) homini libero.
una vindicta) vindicta una.
liberabit) liberat (hoc præstat: codices omnes et editiones antiquæ, *liberavit*).
nostri honores) vestri honores (optime, atque ita codices Lagomarsiniani, præter tres, et duæ ex primis editionibus).
importuna) inportuna.
religiones) religionis.
c. 6. *acclamatio*) adclamatio.
libenter) lubenter.

AD ORATIONEM PRO SEX. ROSCIO AMERINO.

Initio spatium relictum fuit quo primi versus usque ad verba *nobilissimi sedeant*, minio scriberentur, id quod tamen neglectum fuit. Eadem supplendi negligentia causa fuit quod apud A. Gellium primi versus libri VI. desint, quos iamdiu ex Lactantio,

ubi peropportnne iste locus recitatur, reponere debebant editores.

c. 1. *cum iis*) cum his (ita novem codd. apud Lagomarsinium, et editiones ante Gruterum omnes).

comparandus) conparandus.

Omnes enim hi) Omnes hi (quod longe pulchrius est. Ita etiam Schol. vet. atque unus ex duobus codicibus qui inter eos qnos Lagomarsinius ad hanc orationem contulit ceteris longe præstant).

defendere ipsi) defendere autem ipsi (id quoqne præferendum est).

sequuntur) sequntur.

periculum metuunt) periculum vitant (elegantissime, quum præcedat *officium sequuntur*).

ita sum cupidus) ita sim cupidus (recte, atque hæc scriptura etiam in altero ex duobus Lagomarsinianis illis, omnium qui hactenus collati sunt fere optimo, servata est).

Roscii) Rosci. (Apparet hanc orationem ex libro descriptam esse, qui quum emendatissimam recensionem exhiberet, tum vetustæ orthographiæ tenax esset, longe secus quam ille quem in Rabiriana librarius secutus est.)

si quis) si qui (ita fere semper apud Ciceronem meliores libri habent).

ego etiamsi omnia — libere dixero) ego autem, si omnia — libere dixero (hoc quoque prætulerim).

vulgus) volgus.

adolescentiæ meæ poterit) adulescentiæ poterit (ne id quidem male).

sublata est) sublata 'st.

ut utrumvis) utrumvis.

officio se facere) officio fa . . . e (abscissis ultimis versus litteris, videturque non omissum fuisse pronomen, sed scriptum *facere se*, quod edd. principes exhibent).

ii) hi (sic etiam 4 codd. et edd. primæ).

apud) aput.

neque) nec (sic etiam Lambinus).

2. *possem*) possim.

T. LIVII HISTORIARUM
LIBRI XCI
FRAGMENTUM
PLENIUS ET EMENDATIUS EX MEMBRANIS EDITUM

Fragmenti Liviani, — quod, ante annos XLVII repertum, in summa Europæ universæ tranquillitate, et eximio, quo tunc florebant litteræ, honore, apud omnes gentes, ab Italia usque in Britanniam, ab Hispanis ad Sveones, incredibili laetitia exceptum, et plurimorum virorum doctorum curis illustratum fuit, — recensiones extant duæ: Brunsii, quam Hamburgensis editio exhibet, et Iuvenatii, quam Romana Fr. Cancellarii, v. cl. proponit. Earum autem tanta est diversitas, de qua accuratissime, ut solet, egit Kreyssigius, vir doctissimus, ut nemo sibi persuasurus esset celeberrimos editores hoc fragmentum coniuncto labore excripsisse, nisi probe compertum esset rem ita se habere. Nam Brunsius non in integrioribus modo quædam aliter exhibet ac Iuvenatius, sed in tertia sextaque columna, quæ maxime oblitteratæ sunt, plurima habet quæ ab editione Romana absunt. Quod quemadmodum evenerit, libere tradam: hoc præfatus, me nihil minus quærere quam ut manes elegantissimi eruditissimique viri lædam, cuius memoriam pari quo populares eius studio me colere, libenter profiteor.

Erat Brunsius ab omni iactantia et prava ambitione remotus; litteris orientalibus, hebraica præcipue et syriaca lingua, apprime doctus; in latinis græcisque minime hospes; sed ita ut in hac parte Iuvenatio longe conce-

deret, atque id sine ulla invidia agnosceret. Itaque, simulac de reperto constitisset, summa alacritate et indefessa diligentia in investigandis et exprimendis litterarum vestigiis versabatur: in continua divinatione, sine qua nihil effici poterat, ab ingenio felici et elegante Iuvenatii se adiuvari, quoties ille adesset, gaudebat: denique nihil minus cogitabat quam ut illius laudes celaret, sibique, quamquam in labore suæ longe gravissimæ essent partes, plus quam sibi deberetur tribueret. Igitur obtinebat inter eos erudita familiaritas, quæ plurimum ad communes profectus valet: atque equidem persuasum habeo, Brunsium plurimis in locis vix unqnam agniturum fuisse vocabula, quæ familiaris historiæ et sermonis cognitio socio demonstrabat. Verum utilissima hæc eorum concordia infirmata fuit pravo quorundam Iuvenatii fautorum studio, qui honorem omnem, qui illis temporibus in huiusmodi rebus magnus percipiebatur, ad illum unum trahebant: Brunsium impigrum quidem hominem esse ferebant, sed qui neque ingenio neque doctrina labori par sit. Quod quum ad huius aures accidisset, is moleste tulit se contemni: simul autem sibi animadvertere visus est hosce sermones alteri non usquequaquam displicere. Itaque non conquestus quidem cum illo est, sed laboris societatem tacitus dissolvit: Iuvenatio apographum, summa fide factum, tradidit, in quo omnia expressa erant quæ usque ad illum diem investigaverant: capto autem initio a duabus ultimis columnis, quæ facile leguntur, ad difficiliora sensim progressi, ceteras quidem fere absolverant; tertiæ illo tempore non ita multum, sextæ pæne nihil lectum erat. Igitur de reliquis se desperare pronuntiavit, neque sibi otium esse progrediendi, quippe cui brevi tempore ab urbe

proficiscendum esset: Iuvenatium, ut opus sibi perficeret, hortatus est. Interim, dilato forte abitu, perfectisque Kennikottianis negotiis, amore rei ductus, et simul fortasse ut esset quo palam faceret se honestiores quam, quas sibi tribui audiverat, operarii partes sustinuisse, rediit ad opus, non pauca addidit, quædam emendavit; deinde in patriam redux, ex hac emendatiore recensione fragmentum evulgavit; audito, Romæ id editum esse. Iuvenatius autem, cuius industria eruditionem et ingenii elegantiam non æquabat, tædii plenum opus non aggressus est; ex eruditionis copia commentarium concinnare contentus: atque hinc illa exorta est inter utramque editionem discrepantia, per multas, quæ secutæ sunt, propagata.

Ego vero qui, quum codicem evolverem, hæc ignorabam, et cui nunquam in mentem venerat de Romanæ editionis integritate dubitare, quæ per repetitionem Ernestianam in Germania admodum vulgata est, tanto impensius in expediendis illis partibus elaboravi, quas Iuvenatius pro conclamatis dereliquit: neque id sine fructu. Nam, si ab iis discesseris quæ resecta sunt, præter tres quatuorve versus ad integritatem luculenti monumenti iam nihil deest: etiam in iis quæ integrius edita erant, aliquot locis quæ adderem, aliis quæ corrigerem, inveni.

Duæ columnæ quæ magna accessione locupletatæ sunt, quadratis litteris hic exhibentur: ut emendatas lectiones et minuscula additamenta commodius subiicerem, integrum fragmentum, more consueto expressum et distinctum, proposui: in quo id quoque mihi sumsi, ut illorum loco quæ aut perierunt aut legi omnino nequeunt, supplementa darem. Adnotationes cumulare post insignium virorum labores molestum esset; neque propter alias occupationes satis otii est ad disputandum de re observatu

sane digna, quam viri in his disciplinis sapientissimi mihi parum attendisse videntur. Quicunque Livium non perfunctorie legit, non inficiabitur notabilem esse diversitatem narrationis et dicendi generis, inter primam tertiamque decadem: diversas utrique laudes peculiares esse: in alio deinde genere has ambas a sequentibus libris multum differre, in quibus Polybium plerumque ante oculos habuit Livius. Longe autem adhuc maior diversitas inter illos omnes atque hoc fragmentum intercedit, in quo res gestæ tractantur, quarum notitiam Sallustius et Licinius Macer suppeditabant: atque, ut multo uberior narratio est, sic negligens, repetitionibus onusta, (quale illud est quod bis dicitur de mandatis Perpernæ datis,) atque in commiscendis iis quæ litteris ad legatos datis continebantur, quæque a Sertorio secum agitarentur, inconcinna et mirifice perturbata: ut, nisi compertum esset hæc esse Liviana, de auctore dubitandum foret. Quæ res propterea minime negligenda est, quoniam inde imaginem posteriorum librorum, qui perierunt, fingere licet: scilicet, prudentia prioribus præstitisse, longe minore quam illos arte et eloquentia conscriptos fuisse, ac potius proxime ad id genus accessisse quo recentiores in narrandis rebus sua ætate gestis utuntur. Itaque in eos præcipue cadere macrologiæ vituperationem arbitror, qua Charisius et Diomedes, prudentiores quam ipsi sunt auctores secuti, T. Livium onerant; quæ fortasse a decantata illa Patavinitate haud multum distat. Nihil enim minus urbanum est quam macrologia.

FACTAERANTNOVAQ
BIRISPERCENTVRIO
NESDIVISIT EQVITA
TVMQVOQNOVISIN
STRVXITARMISVESTI
MENTAQVEPRAEPARA
TAANTEDIVISAETSTIPE
DIVMDATVMFABROS
CVRACONQVISITOSVN
DIQEXCIVERATQVIBVS
OFFICINAPVBLICAIN
::::::::::::::RA
TIONEINITAQVIDINSI
GVLOSDIESEFFICIPOSSIT
ITAQ. OMNIASIMVLINSTRV
MENTABELLIPARABAN
TVRNEQVEMATERIAAR
TIFICIBVSPRAEPARATIS
ANTEOMNIBVS : N:XO
CIVITIVM : : VDIONEC
SVOQVISQOPERIARTI
FEXDEERAT CONVOCA
TISDEINDEOMNIVMPO
PVLORVMLEGATIONIB.
ETCIVITATIVMGRATI
ASEGITQVODQVAEIN
PERATAESSENTIN:EDE:
TRE :::::::::::STI
QVASIPSERES

REGIONEMSVPERPOSITV
VTEAQVAEINTEGRAAD
HVCABHOSTESINTTVE
RIPOSSETETSIQVAOCCA
SIODETVRINCAVTOSPER
TEMPVSADGRESSVRVM
IPSECVMSVOEXERCITV
INBERONESETAVTRICO
N
RESPROGREDISTATVIT
AQVIBVSSAEPEPERHIE
MEMCVMABSEOPPVG
NARENTVRCELTIBER::
VRBESINPLORATAMES
SEOPEMPONPEICONPER
ERATMISSOSQQVIITINE
RAEXERCITVIROMANO
MONSTRARENTET::IP
SORVMEQVITIB.VEXATOS
SAEPEMILITESSVOSQVO
CVMQVEACASTRISPEROP
PVGNATIONEMCONTRE
BIAEPABVLANDIAVTFRV
MENTANDICAVSAPRO
::::::::::AVSITVMQVO
Q:::::ARVACOSIN:AR
T:::::::::::::EDITO
::::::::::::: BELLI
CONSILIVMSEINITVRV
VTRVMPRIVSHOSTEMV
TRAMPROVINCIAM

(*nocte*) tamen insequenti , ipso pervigilante , in eodem loco alia excitata turris prima luce miraculo hostibus fuit . Simul et oppidi turris , quæ maximum propugnaculum fuerat, subrutis fundamentis , dehiscere ingentibus rimis , et tu*gurium conflagrare corrept*um igni cœpit : incendiique simul et ruinæ metu territi Contrebienses de muro trepidi refugerunt , et , ut legati mitterentur ad dedendam urbem , ab universa multitudine conclamatum est . Eadem virtus quæ inritantes oppugnaverat, victorem placabiliorem fecit . Obsidibus acceptis, pecuniæ modicam exegit summam , armaque omnia ademit : trans*f*ugas liberos vivos ad se adduci iussit : fugitivos, quorum maior multitudo erat, ipsis imperavit ut interficerent. Iugulatos de muro deiecerunt .

Cum magna iactura militum quattuor et quadraginta diebus Contrebia expugnata, relictoque ibi L. Insteio *cum modico praesidio* , ipse ad

in eodem) Ed. Rom. male IN omittit .

tugurium conflagrare correptum) Ambæ editiones principio v. 15 , cuius dimidia pars in lacuna est, IVS exhibent, omnino mendose : nam quod perspicue in membranis extat , O est, prima littera evanida , tertiæ vestigio nullo . Hic error viros eruditos prohibuit ne veram redintegrationem invenirent : quæ quadratis litteris exhibita ipso aspectu firmabitur :

GENTIBVSRIMISETTV
[GVRIVMCONFLAGRARE
C]O[RREPT]VMIGNICOE

refugerunt) Utraque ed. perperam *effugerunt* .

dedendam) Ed. H. recte DEDENDA—

ad se) Prima huius columnæ litera A non est reliquis maior ut in R.

fugitivos) Ambæ edd. perperam ET addunt .

cum modico praesidio) Admisi Kreyssigii supplementum ne quid hiulcum remaneret : at fatendum est nihil esse unde

Hiberum fluvium copias adduxit: ibi hibernaculis secundum oppidum, quod Castra Aelia vocatur, ædificatis, ipse in castris manebat, interdiu conventum sociarum civitatium in oppido agebat. Arma ut fierent pro copiis cuiusque populi, per totam provinciam edixerat: quibus inspectis, referre cetera arma milites iussit, quæ aut itineribus crebris, aut oppug*nationibus et prœliis inutilia* facta erant, novaque viris per centuriones divisit. Equitatum quoque novis instruxit armis, vestimentaque, præparata ante, divisa, et stipe*n*dium datum. Fabros, cura conquisitos, undique exciverat, quibus, officina publica in*stituta*, *uteretur*; ratione inita quid in singulos dies

colligamus *modicum*ne an *validum firmum*ve præsidium Contrebiæ relictum fuerit.

ipse ad) In utraque ed. IPSE deest: quod in membranis in eodem versu legitur.

edixerat) D littera non oblitterata est.

et prœlius inutilia) Sic lacunam resecti versus explevi, servato litterarum numero.

facta erant) Hinc incipit prodigiosa illa inter utramque editionem diversitas. Nam in ed. R. undecim versus primi omnino desunt, nisi quod in primo singulæ litteræ F...... AN... extant: duodecimi, qui in plicatura periit, ratio habita non fuit; itaque XIII eius locum tenet, atque sic deinceps. In Hamb. plurima extant, certe neque integra neque plerumque sana, ita scilicet: *facta erant nova mane per centuriones divisit* ...... *tum quoq* .... *s instruxit armis vestimentaq* .... *ipedium datum fabros* ..... *indeq exciverat quibus officinabus bitumen* .... *ratione* etc.

viris) In membr. BIRIS ex rustica litterarum B et V permutatione, quæ in codicibus vergentis Imperii temporibus scriptis frequentissima, ut infra *benit*, etiam hodie in variis dialectis Italicis obtinet, atque præcipue in Neapolitana regnat. *Viri*, subsequente equitatus mentione, pro peditibus positum: uti XXI, 27. *omnem ripam equites virique obtinentes*: ubi vide Gronovium patrem, Dukerum et Drakenborchium: qui viri præclari id solum observandum reliquerunt, natum hoc esse de priscæ linguæ usu, quæ equum *equitem* dicebat.

undique) Sic membranæ, quod optime iam Kreyssigius coniecerat.

ratione ... *possit*) Hoc com-

effici possit.

Itaque omnia simul instrumenta belli parabantur, neque materia artificibus, præparatis ante omnibus enixo civitatium studio, nec suo quisque operi artifex deerat. Convocatis deinde omnium populorum legationibus et civitatium, gratias egit, quod, quæ imperata essent in *pedestres copias*, *præstitissent*: quas ipse res *in defendendis sociis*, quasque in oppugnandis urbibus hostium gessisset, exposuit, et ad reliqua belli cohortatus est: paucis edoctos, quantum Hispaniæ provinciæ interesset suas partes superiores esse. Dimisso deinde conventu, iussisque omnibus *bono animo esse*, *atque* in civitates *redire* suas,

ma in H. recte legitur, præterquam quod pro *possit*, *posset* habet. R. autem omissa syllaba *ra* exhibet:

.. *tione inita qu* ...... *di* .. *culo effici possit*.

Itaque . . . *parabantur*) Ed. R. mutile et mendose: *Itaq. omnes simul insta . m .... tur*.

enixo) H. prave *inixo*: prima enim vocalis, ut recte indicat R., omnino evanuit. Mox R. perperam . . . *idio* pro . . *udio*.

Convocatis) Hæc omnia usque ad verba *quasque in opp.* etc. ab editione Rom. absunt. Hamb. prima quinque vocabula habet: at ea quoque cetera omittit, præter ultima, *quas ipse res*.

civitatium) Accedunt schedæ nostræ ad optimorum quorumque librorum auctoritatem, Florentini, Leidensis, Moguntini, Vindobonensis, quibus obsecutus Drakenborchius hanc formam ubique restituit: vide eum ad XXXIII, 20.

præstitissent) Livius, capite ex quo mox aliud exemplum sumam, XXXVIII, 43. *cum imperata præstare parati essent*.

in defendendis sociis) Ultimus versus cum dimidio præcedentis resectus est. Usque ad XIX litteras, quæ in supplemento meo numerantur, haud ita raro in his schedis in uno versu inveniuntur.

quasque) Perperam R. *quæque*.

quantum) Cod. *quatum*, ut H.

iussisque) Sic emendavi quod membranæ habent *iussisquæ*, vulgatissimo in his valde vetustis errore. Ed R. male Q. E, quasi *ua* non legeretur.

bono . . . *redire*) Hoc quoque loco versus 12 in plicatura periit, simul cum parte sequentis: ubi, loco verborum *in civitate*, ambæ editiones *ibi* ha-

principio veris M. Perpernam cum viginti milibus peditum, equitibus mille quingentis, in Ilercaonum gentem misit, ad tuendam regionis eius maritimam oram: datis præceptis, quibus itineribus duceret ad defendendas socias urbes quas Pompeius oppugnaret, quibusque ipsum agmen Pompei ex insidiis adgrederetur.

Eodem tempore et ad Herennuleium, qui in isdem locis erat, litteras misit, et in alteram provinciam ad L. Hirtuleium, præcipiens quemadmodum bellum administrari vellet: ante omnia, ut ita socias civitates tueretur ne acie cum Metello dimicaret, cui nec auctoritate nec viribus par esset: ne ipsi quidem consilium esse ducere *ad*versus Pompeium. Neque in aciem descensurum eum credebat si traheretur bellum. Hosti,

bent, quod R. perperam in præcedente versu collocat. Supplementum meum [BONOANIMOESSEATQ.] — XVI litt. — INCIVITATE [SREDI] XV litt. cum spatio optime convenire manifestum est, mentem verbaque auctoris exprimere confido. Litterarum DI tenuia vestigia conspiciuntur.

M.) Puncta utrinque posita desiderat Iuvenatius, ea tamen etiam hoc loco adsunt.

Pompeius) Ultima nominis littera perspicue scripta est, quam ambæ editiones omittunt.

misit et) Particulam in fine v. 4 collocatam omisit R. sed operarum vitio.

Hirtuleium — administrari) Ita iam Iuvenatius membranarum menda correxit, cuius oculis, quum litteras E et V coniunctas esse crederet, idque etiam in editione exprimeret, ludibrium obiectum fuit.

nec auctoritate nec) Sic perspicue membranæ. Ambæ editiones *neq — neq*.

par esset — Pompeium). Hunc locum qui plene extat
——————— PARES
SETNEIPSIQUIDEM
CONSILIUMESSEDUCERE
. . VERSUSPONPEIUM
mutilatum exhibet Hamb.: *par esset ne ipse* (sic) *quidem consilium . . . . . versus . . . neque* etc. Rom. adhuc peius: *par essat . . . . . m consilium . . . . versus . . . . neque* etc. Mox H. omittit *aciem descen* — quæ tamen in apographo Brunsii legi notavit Kreyssigius.

cum mare ab tergo, provinciasque omnes in potestate haberet, navibus undique commeatus venturos: ipsi autem, consumptis priore æstate quæ præparata fuissent, omnium rerum inopiam fore. Perpernam in maritimam regionem superpositum, ut ea, quæ integra adhuc ab hoste sint, tueri posset, et, si qua occasio detur, incautos per tempus adgressurum. Ipse cum suo exercitu in Berones et Autricones progredi statuit: a quibus saepe per hiemem, cum ab se oppugnarentur Celtiberæ urbes, inploratam esse opem Pompei conpererat, missosque qui itinera exercitui Romano monstrarent; et *ab* ipsorum equitibus vexatos sæpe milites suos, quocumque a castris, per oppugnationem Contrebiæ, pabulandi aut

Regionem superpositum) Hæc columna fere tota ab ed. R. abest, quæ quidem primo versu nihil præter hæc pauca: *regionem* (contra membranas cum R grandi) *sub . . . itu‾* : (ubi tamen præclare Iuvenatius, licet hæsitans, divinavit *superpositum*, quod diserte scriptum extat:) deinde male lectos et mutilos versus 11 — 13, quos 8 — 10 facit: postremo penultimo versu . . *rem‹* . . habet, cuius nihil simile ibi extat. Hoc enim loco Iuvenatius, *ex triginta admodum versibus*, dicit, *præter pauca verba, eaque valde laciniosa — reliquos omnes ita detitos ac detritos esse, ut cum Plautino Pseudolo credat, nisi Sibylla legerit, an divinaverit potius? interpretari alium posse neminem*. Multo autem plura Brunsius dedit, a secundo scilicet versu usque ad XVII, certe non integra, neque omnino accurata.

hoste sint tueri) H. *hostis . . vi.*

in Berones et Autricones) Sic perspicue membranæ pro prava H. scriptura *Hiberones et Autalcores*.

sæpe per hiemem) H. *g . . . . mem*. R. *ageri*. — En expeditiones hibernas, factas dum Cn. Pompeius hiemem in castris inter sævissimas gentes ageret. (V. epistolam Pompeii inter fragmenta Sallustiana.)

urbes inploratam esse) R. *ur . . . . . armis*.

Pompei conpererat) Hæc duo verba desunt in H.

Romano) H. prave *Romani*

monstrarent) In hac voce desinit hic locus in H. Reliqua huius columnæ hic primum comparent.

frumentandi causa progrederentur: ausi tum quoque *erant* Arvacos in *partes sollicitare*. Edito *igitur exemplo* belli, consilium se initurum, utrum prius hostem, utram provinciam *petat*: maritimamne oram, ut Pompeium ab Ilercaonia et Contestania arceat, utraque socia gente, an ad Metellum et Lusitaniam se convertat.

Hæc secum agitans Sertorius præter Hiberum amnem per pacatos agros quietum exercitum sine ullius noxa duxit. Profectus inde in Bursaonum et Casuantinorum et Graccuritanorum fines, evastatis omnibus, proculcatisque segetibus, ad Calagurim Nasicam, sociorum urbem, venit: transgressusque amnem propinqum urbi, ponte facto, castra posuit. Postero die M. Masium quæstorem in Arvacos et Cerindones misit, ad conscribendos ex iis gentibus milites, frumentumque inde Contrebiam, *quæ* Leucada appellatur, com-

progrederentur) Ubicunque hic supplementa indicavi nihil resectum est, demta ultima voce, (*petat*), sed omnia ita abluta abrasaque sunt, ut cum membranarum superficie litteræ, non dico evanuerint, sed perierint plane.

in partes sollicitare) Iustinus II, 12. *Themistocles sollicitare Ionas in partes suas statuit*. Alios locos qui paulo minus accurate huic meæ coniecturæ respondent, vide apud Forcellinum, ex quo Iustini quoque locum sumsi.

edito exemplo belli) Quæ hic restitui mera et sincera Liviana esse confido. Cf. Gronovium patrem ad XXIX, 27; et quem ibi recitat locum XXXVIII, 43: *omnia exempla belli edita in se*: ubi nihil est cur de lectione dubitemus, licet codices Gebhardi et Drakenborchii, editionesque ante Ascensianam, *habita* exhibeant: cogitandum enim est in illa decade nullum adfuisse recentioribus codicem qui ad Florentini vel Puteani præstantiam accedat: Ascensianæ vero editionis non levis est auctoritas.

petat) Resecto angulo hæc vox extrema, et ab altera parte *quæ*, perierunt.

portandum, præter quam urbem opportunissimus ex Beronibus transitus erat, in quamcunque regionem ducere exercitum statuisset: et C. Instelum, præfectum equitum, Segoviam et in Vacæorum gentem ad equitum conquisitionem misit, iussum, cum equitibus Contrebiæ sese opperiri. Dimissis iis ipse profectus, per Vasconum agrum ducto exercitu, in confinio Beronum posuit castra. Postero die cum equitibus prægressus ad itinera exploranda, iusso pedite quadrato agmine sequi, ad Vareiam, validissimam regionis eius urbem, venit. Haud inopinantibus iis noctu advenerat. Undique equitibus et suæ gentis et Autriconum

Vacæorum) Sic, et mox *Vasconum* perspicue legendum præbent membranæ; ut mirer utrumque editorem scripturam corruptam non dedisse solum, sed diserte asseverare, se eam in membranis cernere.

iis noctu) Hæc ex codice addidi.

L. ANNÆI SENECAE

FRAGMENTA.

In his fragmentis proponendis satis visum est omnia vulgato more atque interpuncta perscribere; paginas tamen codicis, et quantum quoque loco oblitteratum sit accurate indicavi. In mythologicis, quæ proximo capite continentur, eum morem tenere placuit quem Goeschenius meus in edendo Gaio secutus est.

(*De amicitia*)

I. (*il*)le tristior quam solebat | o . . ru .

De amicitia) Hunc titulum præscripsi, ut esset aliquis: ceterum neque in membranis adest, neque hoc modo inscriptus liber Senecæ memoratur; quin fieri potuit ut, quæ hic habemus, in libris moralis philosophiæ extiterint, quos se elaborare ad Lucilium Seneca scripsit, perfectosque et editos fuisse ex Lactantio patet, qui plurima inde profert. Potuit autem Seneca, Aristotelis exemplum secutus, absoluta doctrina de moribus atque officiis, in illis de amicitia disserere.

o . . ru . ille) Quicunque membranarum rescriptarum rationem tenet, divinando tentandum gressum esse scit, ubicunque antiquior scriptura usque ad ductuum excidium oblitterata, atque a superposita recentiore contecta est: comparatis deinde coniecturis cum illis quæ non sine acerrima oculorum contentione apparent ductibus, rectæne an falsæ sint diiudicari. Hanc viam secutus, quum in Liviano tum in his fragmentis, plurima, quæ non primo solum intutu, sed vel vicies tentata, prorsus desperanda esse videbantur, tandem assecutus sum: manent tamen in his Annæanis lacunæ, pro exiguo eorum modulo magnæ, in quibus explendis ut alius Senecæ præstare possit quod ego Livio, optandum est. Cui rei quo melius se accingant oculati et eruditi viri, a Senecæ lectione recentes, meliusque quam ego instructi, quum hoc loco tum aliis eiusdem naturæ, quæcunque visu percipere potui, diligenter proposui, versuum fines indicavi, in quibus singulis 16 aut 17, raro plures

ille . . m . . si | . . . . ne . . . in ad . . | . . a quaerentem . erm . . | . . . . t . ni . se . . | gres . r . ae fecit . . . . | ter alteri . . . . | dit a . . . . | ses . . . . | plus . . . . hi . conquesturus venit: at contra se adfuit et satisfacienti satisfecit: non minus hic sollicitus fuit ne fecisse videretur iniuriam quam ille ne accepisse:
p. 44. v. aut certe nihil || resedit quod serperet, sed in medium dedit uterque offensiones suas, et alter ab altero quidquid latebat expressit. Familiare iurgium non indicem sed arbitrum quaerit, nihil autem componitur inter absentes, nec tuto epistulis omnis querella committitur, et inexplorata fronte, per quam produntur animi, incertum
p. 44. r. est quam simpliciter detegatur ira, quam fide||liter desinat. Sic amico iudica*turus amicus* a praesente *secun*dum absentem det.

Quisquis re consulta ri . . . . contrahat plurimum operis facit: in rem praesentem perdu-

litteras contineri moneo; neque pro iis reprehensionem metuo ubi in litteris erratum fuerit, quippe qui certo sciam successoribus in hac opera meis plurimum adiumenti collatum esse his, quae, nisi alios post me felicius elaboraturos esse sperarem, ut inutilia abiicerem. — Ex 17 uniuscuiusque paginae versibus 10 vel 11 primi superposita scriptura conteguntur: reliqui, in versuum interstitiis comparentes, demto tamen folio 10. r. quod situ confectum est, facile leguntur.

amico) Sic scripsi quia ante *iudica*, vocabuli reliquias, duae tantum litterae oppressae sunt.

ri . . . contrahat) Perfacile esset *rixam* supplendo scribere, neque litterarum vestigia adversarentur: at quo sensu? verbis *plurimum operis* in membranis superscriptum est *multum*.

in rem praesentem) Seneca ad Lucil. VI. p. 14 ed. Bip. *Plus tibi et viva vox et convictus quam oratio proderit: in rem praesentem venias oportet.*

cat amicum. Quemadmodum multa quorum in tenebris audacia est, luce prohibentur; ita, quae absentes inritant et concitant, ad praesentiam non ferunt. Optimum est itaque, etiam si quid neg||le- p. 29. v.
gentius praetermissum est .... bu . an . u . | factum ere ..... con|putatum ... verbi . | .... in id tempus ... | niq . o possit .... nob . | le .. le re .... ne | pens ad .. nari .. si . *prae* | terea *sinceram amic*itiam decet ut sine cicatrice sanetur.

Quaeramus a venientibus quid absentes agant, debitoribus illorum instemus, creditoribus respondeamus, inimicis resistamus: si aut ——— p. 29. r.
II. quaeritis: itaque momento amicitiae vestrae exolescunt quarum mens aut animus pignus est.

Una peregrinatio eradit animo ius omne: si vero longior haec est et longinquior, excidit notitia quoque, non tantum amicitia. Quod ne possit accidere, omni opera sistamus, et fugientem memoriam reducamus: utamur, ut in prima parte dicebam, || animi velocitate, neminem a p. 15. v.
nobis amicum abesse patiamur, in animum subinde nostrum revertantur futura nobis promtu, iam ut praeterita repetamus: sic ille manus, sic ora ferebat: imago effingatur animo notabilis et e vivo petita, non evanida et muta. Sic ille manus, sic ora ferebat: adiciamus illa quae magis ad rem pertinent: sic loquebatur, sic hor||taba- p. 15. r.

Digitized by Google

tur, sic deterrebat, sic* erat in dando consilio expeditus, in accipiendo paratus, in mutando non pertinax: sic solebat beneficia liberaliter dare, patienter perdere, sic properabat benignitas eius, sic irascebatur, eo vultu ab amico vincebatur, quo solent vincere: ceteras virtutes pererremus, in harum usu tractatuque versemur: et, si plures eodem tempo||re absunt, velut sparsa pluribus locis membra familiaritatis nostrae colligamus: nunc hic, nunc ille in ore animoque sit, ubi . . e . ius . . si . . hui . nempe nes: nulla tantum possit vetustas ut memoriam ami|citiae . . . dae . . . | sic nun . . . . | lum est . . . . . liae es . | se interdu . . cu fati | solet in iram est quam | valde illum amem | conscientia ea con| . . . . .

p. 10. v. (margin, printed inverted, beside "mur : et, si plures eodem tempo||re absunt")

p. 10. r. (margin, printed inverted, beside "ea con|")

III. — (*notitia animi esse cer*) tior debet, quia vultus incertus est. Magnos humanum pectus recessus habet: quod *vultu* quo placet virtus eo fraus adumbratur, et cogitationibus pessimis facies benignissima obducitur: nec facile nisi peritus intellegas quid intersit inter animum amici et colorem.

Hoc sibi quisque proponat quo minus facile fucatis capiatur officiis: || rara res est amicitia:

p. 40. v. (margin, printed inverted, beside "fucatis capiatur officiis")

ubi . . e . ius) Vide ad fr. 1.

solet in iram) Quivis videt quæ hic scribuntur non nisi fallacem litterarum speciem esse quam tamen exhibere, propter rationes antea allatas, placuit.

Hoc-officiis) Tres hosce versus tanquam Ciceronis edidit Melior p. XCIV, addens: *non ovum ovo similius esse quam isthæc Tullianis plane gemella*.

Rara — amicitia) Meliori fragmentum II Ciceronianum.

vulgaris aut exposita ut inplere totas domus possit vulgo sibi homines persuasere. An aurum ingenti opera tegi creditis, cuius ubique quaesiti vix sub aliquo monte vena deprehenditur; amicum autem ubique inveniri, sine ullo labore, sine ulla investigatione? Quid enim tam simplex apertumque est? Atqui non tam in alto latet aurum argentumque ———

Incipit eiusdem | Annaei Senecae | de vita patris | feliciter : scribente | me . . . . . die et lo(co) s (upra) s(cripto).

Si quaecunque composuit pater meus et edi voluit iam in manus populi emisissem, ad clari-

vulgaris — persuasere) Hæc ita in membranis scripta extare omni dubio caret: non tamen eo minus mendosus est locus, qui ne miti quidem medicina sanari potest. Atque ego quidem nullum emendandi genus peius odi quam illud quod contra libros negationem sive inserit, sive tollit: tamen, quum in desperatis ad ultima remedia confugere necesse sit, non video quomodo hæc ad sensum aliquem revocari possint, nisi scribendo: *rara res est amicitia, non vulgaris aut exposita, ut implere totas domos possit, ut vulgo sibi homines persuasere. Expositum* enim pro re patente seu vulgari dictum esse arbitror, qua significatione apud Statium et Iuvenalem obvium est.

amicum — investigatione) Melior, apud quem hæc ῥῆσις quintum fragmentum efficit, in quo *ultro loquentem sese prodere Ciceronem* existimat, pro *amicum*, *erat mecum* præbet.

Quid enim — argentumque) Apud Meliorem quatuor hi versus III fragmentum sunt, *aureolum* illi nuncupatum, quod tamen *Oedipum requirit*. Idem perabsurde pro *atqui*, *aut qui* legendum esse pronunciat.

scribente) Huius vocis lectionem amice mihi indicavit ill. Maius, qui idem post *me*: *Viciano* aut certe non absimile nomen agnoscere sibi videtur. Stabilita autem voce *scribente*, cetera (*die et lo ss*) certissima ratione explicantur: scilicet ad calcem libri qui præcedebat, cuiusque fragmenta dedimus,

tatem nominis sui satis sibi ipse prospexerat : p. 43. v. nam nisi || me decipit pietas, cuius honestus etiam error est, inter eos haberetur qui ingenio meruerunt ut puris *scriptorum* titulis nobiles essent. Quisquis legisset eius historias ab initio bellorum civilium, unde primum veritas retro abiit, paene usque ad mortis suae diem, magni aestimaret scire quibus natus esset parentibus ille p. 45. x. qui res Roma||*nas*

diem locumque subscripserat librarius.

historias) Historiarum, quas M. Seneca pater scripserit, nulla apud auctores memoria extat, nisi quod inde petita esse suspicor, quæ Suetonius, tanquam a Seneca de morte Tiberii Imp. narrata, in Tiberio cap. 73. refert. Caii enim tempora attigisse, qui tamen, quum filius sub Claudio exularet, mortuus erat, ex Suasoria II certissimo argumento colligo, quod (p. 21. ed. Bip.) Cornelii *Tusci*, *qui M mercum Scaurum*, *in quo Scaurorum familia extincta fuerit*, *reum fecisset*, *hominis improbi animi*, meminit. Scauri enim accusatio, ex qua mortem sibi ille conscivit, triennio ante exitum Tiberii accidit, (Tacit. Annal. VI. c. 30.) quo principe vivo eius rei mentio, cum accusatoris vituperatione coniuncta, sine manifesto periculo fieri non potuisset. Hunc locum Fabricii diligentiam effugisse miror, qui alium in eadem Suasoria animadvertit ubi de Attalo Stoico sermo est, Seiani fraude circumvento; is vero sub Tiberio scribi poterat. — Igitur, qui, nisi civilia bella eum impedissent, Ciceronem audisset (Controv. I. prooem.), et Tiberio Imp. supervixit, ad ultimam senectutem pervenit, et ferme nonagenarius obiit. — *Initium bellorum civilium* Divi Iulii adventus in Italiam est: nam de iis temporibus, quorum historiam Sallustius conscripsit, dici non poterat *veritatem retro abiisse*.

FRAGMENTUM

DE REBUS THEBANIS MYTHOLOGICIS.

Hygini fabulæ quam interpolatæ sint, quum manifesta tum nota, atque a multis memorata res est: quicunque autem demum liber ille fuerit quem sequiore ætate additamentis ita auxerunt homines minime docti ut incondita ista moles conficeretur quam sub Hygini nomine habemus, eundem fuisse arbitror ex quo hocce folium superest: quod, etsi triente singulorum versuum mulcatum, nihilominus excribere atque edere operæ pretium visum est.

cupidine venissent, *et* a Spinge essent consumpti, Oedipus | *Lai filius venit*, *et carmen* interpretatus est. Illa se prae|*cipitavit*, *Oedipus re-*

Primi decem versus, plurimis interpositis, in fabula 67 leguntur, unde priorum sex, ac deinde noni supplementum petivi. Ab undecimo fabulam 69 brevissime narratam habemus. Senis nomen quod apud Græcos non traditur, præterquam a Suida, cui modo Melœbus, modo Melibœus dicitur, in vulgato Hygino plane portentosum est, *Itemales* scilicet. v. 15. membr. *Menalaippum*, vitiose: ut contra ceteros omnes est quod v. 6 Polybi uxor pro Peribœa, Eriboea nominatur. Lacunam versuum 10 et 11, quorum ille in plicatura periit, quantum ad sensum nullo negotio expleas: *Oedipus se matris maritum esse, ac tanto scelere teneri audiens, luminibus se orbavit*: verba tamen præstare non ausim, licet optime cum litterarum numero, qui expleri debet, conveniant. v. 13. *quod Tydeus* palam mendosum est, at ita in membranis perspicue legitur.

Inter septem heroas Hippomedontis nomen desideratur, quamquam enim aliquatenus in oram procurrere potuit versus, vix tamen credendum est ad illa verba: *Hippomedon Nausimachi filius* (quippe Nausimachus non Mesimachus dicendus esset), post Parthenopæum nominatum, satis spatii suppeditasse: imo vero probabile est, ante caput quod Epigonorum catalogum exhibet, vacui spatii aliquid a li-

gnum paternum et Iocasten matrem | *inscius accepit ux*orem, ex qua procreavit Eteoclen, et Poly|*nicen*, *Antigonen et Ismen*en. Incidit Thebis sterilitas et pestilen|*tia ob Oedipodis scelera*. Interim Eriboea, Polybi regis uxor, | *quae ista* o*mnia cogn*o*v*erat, Sicyone Thebas venit, *eaque* Oe|*dipodi* . . . . e. *i*tem Moenetes senex, qui eum *ex*|*posuerat*, *pedum cica*tricem cognovit: Lai filium esse dixit | . . . . scelere . . . . audiens | . . . .

Adrastus Talai filius habuit | *filias Deiphilen et Argiam*: huic ab Apolline responsum fuit | *eum filias apro et leoni* daturum. Quod Tydeus Oenei filius, | *a patre in exilium pulsus qu*od fratrem Menalippum in venando | o*ccide*r*at*, *pelle aprin*e*a* tectus ad Adrastum venit. Eodem tem|*pore et Polynices Oedip*o*d*is filius, cum ab Eteocle fratre e regno | *pulsus esset*, *pelle le*onis opertus venit. Hos Adrastus cum *vi*||dit, memor sortis, Argiam Polynici, *Deiphilen Tydeo in coniu*|gium dedit.

brario relictum fuisse. v. 8 Parthenopaei filium Hyginus vulgatus Thesimenem vocat, cuius scripturæ sinceritas valde suspecta est; equidem Biautem dici a nullo memini, neque tamen id sine poetæ auctoritate factum esse credo, quum apud Apollodorum Parthenopæus, quem in tertio libro Milanionis filium dicit, in primo c. 9. 13 inter Biantis filios, Amythaonis nepotes, recenseatur. V. 10 in plicatura damnum passus est: 13. ita oblitteratus, ut præter Amphiarai nomen vix quidquam compareat. v. 16. *parentatur* rescripsi ex cap. 68. pro eo quod liquido apparet, verum nihili est, *paretur*. Denique moneo hanc narrationem de fumi discidio præsenti tempore efferri: quod Munkerum ad cap. 71. offendit. v. 17. Theban*um* rebus suis diffis*um* esse, elegantius dicitur quam quod in vulgato libro est: Theban*os* diffis*os*.

Adrastus Talai filius, Capaneus Hippo*noi filius*, *Amphia*|raus Oeclei filius, Polynices *Oedipodis filius*, *Tydeus Oen*|ei filius, Parthenopaeus Atalantes *filius*.

Aegialeus Adrasti filius, Polydorus Hi*ppomedontis filius*, *Sthe*|nelus Capanei filius, Alcmæon Amph*iarai filius*, *Thersander* | Polynicis filius, Biantes Parthenop*aei filius*, *Diomedes Tydei filius*. | Polynices Oedipodis filius anno peracto *regnum ab Eteocle fra*|tre paternum *repetit*: ille cedere noluit: *Polynices Thebas oppugnatum* | venit. Ibi Capaneus, quod contra *Iovis voluntatem Thebas* | se capturum dixit, cum murum asc*enderet*, *fulmine percus*|sus est. Amphiaraus *terra est devoratus*: *Eteocles et Polynices* | depugnantes alius alium interfece*runt*. *Quibus cum Thebis* | parentatur, etsi ventus vehemens est, *tamen fumus se nunquam* | in unam partem vertit, sed se in duas *partes seducit*. *Ceteri cum* | Thebas oppugnarent, et Thebanus *rebus suis diffideret*......

Digitized by Google

VARIAE LECTIONES CODICIS VETUSTISSIMI QUI IN TABULARIO BASILICÆ VATICANÆ ASSERVATUR, CUM NEAPOLITANA EDITIONIS GRÆVIANÆ REPETITIONE COLLATI, AD ORATIONES PRO FONTEIO ET PRO FLACCO.

De præstantissimo codice, quem omnium, quotquot extant fragmenti Fonteianæ, parentem esse indicavi, legenda sunt quæ ad Pisonianæ c. 14 disseruit Garatonius, summus vir, et nunquam satis laudandus; cui, quo tempore ea volumina edebat quæ orationes pro Fonteio et pro Flacco comprehendunt, nondum innotuisse videtur, librum Vaticanum, quem profecto minime neglexisset, in tabulario Basilicæ, non in bibliotheca Palatii quærendum esse. Hunc igitur, quum post plurimorum annorum intervallum ad recensendas orationes Ciceronianas rediret, contulit integrum, ad Philippicas, post Faernum Muretumque, variarum lectionum accessionem daturus, eodem modo quo ad Pisonianam fecit: eas vero, quæ iam a se editas orationes spectarent, illi volumini servabat in quo plurima serius cogitata inventaque colligere sibi proposuerat. Verum hæc omnia, abiecta propter infelicissimos casus editione, cum gravissimo litterarum damno, luce publica caruerunt; ac tametsi sperare licet chartas viri unici cum summa religione Bononiæ servari, de earum tamen editione, quæ hoc sæculo vix sine rei familiaris detrimento fieri poterit, hactenus certe nihil promissum fuit. Quapropter fragmenta, quorum varias lectiones hic exhibebo, concedente comiter et perhumane Ill. et Rev. Tabularii Præfecto, ipse contuli: Philippicas autem mea causa vir litteris latinis exi-

mie eruditus, mihique in paucis carus, R. P. Antonius Aghich, Ragusinus, Ord. Min. Obs. cuius operam omnibus vehementer commendo qui codices latinos bibliothecæ Vaticanæ aut exscribi aut cum libris editis conferri sibi optant: nihil enim accuratius fieri potest quam quomodo is perficit quæcunque elaboranda suscipit. Has igitur ab illo enotatas varias lectiones, cum aliis a me collectis ad emendandas Ciceronis orationes subsidiis, alio tempore evulgabo.

Editio Faerni rarissima est, quam ne ipse quidem Garatonius tractavisse videtur, ego vero nunquam vidi: ac nisi Grævio contigisset ut diu frustra requisitam a Magliabecchii liberalitate acciperet, quæ ille vir eximius in Ciceronem contulit, oblivione tegerentur. In exponenda autem lectionis varietate uno asterisco eam indicavi quæ in Faerni adnotationibus apud Grævium ex codice affertur: duobus illam quæ ibidem ita proponitur ut Faernus sic scribendum esse pronunti et, neque tamen ad librum provocet: cuius alterius generis quæ sunt, a Lambini prudentia plerumque recepta, a Gruteri socordia, recentiorumque timiditate, repudiata fuerunt. Plura tamen quorum apud Grævium vestigium nullum apparet, a Faerno nihil monente recepta fuisse auspicor; comparet enim ad hasce orationes in collectionibus Lagomarsinianis liber numero 74 insignitus, quem Faernianam editionem esse arbitror, ex quo lectiones afferuntur ad Flaccianam quas præterquam in hisce membranis nullibi invenias, atque his sua nunc demum auctoritas accedit.

Orthographia in utroque fragmento, itidemque in Philippicis, prorsus eadem est: cui quæ peculiaria sunt colligere quam sparsa exhibere satius mihi videtur. Hæc autem fere animadvertenda inveni: in quibus licet quædam

aut ab optimis orthographiæ auctoribus antiquis reprehensa, aut certe suspecta occurrunt, eorum tamen pleraque ita a reliquis optimæ notæ aliarum orationum codicibus firmantur, ut minime hæsitarem librorum Ciceronis scriptionem ubique ad illa conformare. Conferenda autem hoc loco omnino sunt, præter Norisium ad Cenotaphia; quæ Marinius (Iscr. Alban. p. 140 — 142) de orthographia laudationis scripsit.

e pro *i*: intellegere.

i pro *ii* (*gen. sing.*) Pompei, Fontei, Publi Nerati, Mæandri, imperi, ærari. — *nom. plur.* soci, pecuari, Di, idem, i. — *Dat. pl.* Dis, is, isdem, periuris, Fufis, Hispanis, hostis, iniuris, sententis, vigilis. — *Alia*: subiciens, obiceretur, redit, abit.

is pro *es* acc. pl. 3 decl.: testis, immortalis, horribilis, omnis, civis, locuplentis (pro locupletis).

o pro *e*, post *u*: vostræ, vorsari, devorterentur.

u pro *i*: optumo, optumis, turpissumis, acerruma, levissumi, optumatibus, mancupia, lubido, existumare.

u pro *o*: adulescens, adulescentia.

ens pro *es*: quotiens, aliquotiens.

in compositis servatur d littera præpositionis ad: *ante f*: adfuit, adferta (pro adferat), adfirmavit: — *ante r*: adrogantia: — *ante t*: adtributa, adtulerunt.

item n ante p: inpositum, inpigrum, inploret, inpudentia: — (*etiam*: conprimant).

mp pro *m* ante *n* et *f*: sumpsit, consumpsit, contempserunt, contempnendi, dampnatur, Tempni.

p pro *b*: opsoletis, suptiliter.

ci pro *ti*: dicionem, municionem, solacium.

ti pro *ci*: Narbo Martius, Indutiomarus, contio, infitiatorum.

consonæ geminatæ: Iuppiter, mercennarios, quattuor, rettulit, quærellarum.

Lysania *pro* Lysanias. — Heraclidan, Heraclidam, Heraclida. — Frugi *pro* Phrygi (in quo loco, pro Fl.c.17, festivitas subest). — Dorulensis *pro* Dorylensis. — Threcum *pro* Thracum: ita enim emendandum est portentum lectionis pro Fonteio c. 16. *atgrecum:* atque hanc scriptionem optimam esse, si vacaret, facile demonstrare possem.

Alia cumulabo, prava bonaque permixta: cotidianis, paulo, lacrimis (quæ tria in optimis quibusque codicibus constanter ita exhibentur), bragatos, quicquam, at (*pro* ad), aput, ad (*pro* at), hæcquem, prætium, quæstoriæ, quæ (*pro* que), ommutuit.

Iam ad varias lectiones particulæ orationis pro Flacco id egi ut perspicuum facerem, quasdam in his membranis superesse lectiones optimas, in plenioribus codicibus non obvias; alias, quarum editiones quæ vulgo in manibus sunt nullum vestigium exhibent, in libris scriptis, ac vel in antiquioribus impressis, occurrere. Quod ut proponerem, hoc quidem loco satis erat numerare codices quorum collatio in schedis Lagomarsinianis extat, licet probe sciam ei, qui recensendos libros sibi sumit, non numerandos sed ponderandos esse codices: cui rei id minime obstat quod, subrepto volumine XXV collectionis Lagomarsinianæ, numerorum explicatio periit quibus in illa codices designantur; libri enim, sicut homines, ex dotibus, non nominibus æstimandi sunt. Huius Lagomarsiniani operis quum plurimis locis mentionem feci, inhibere mihi nequeo quin publice gratias agam amplissimas Ill. et Rev. Præsuli *Petro Caprano*, Archiepiscopo Iconiensi, qui ut eo cum otio fruerer humanissime mihi petenti concessit.

Illud adhuc restat, ut moneam monstrosas scripturas, quibus nihil omnino boni subesse potest, a me omissas esse; de iis nihil dicendum fuisse quæ a Faerno ex codice prolata in editionibus locum sibi debitum obtinuerunt.

AD ORATIONEM PRO FONTEIO.

c. 1. *ac flagito*) et * flagitio. *producat*) producantur (cui, licet per se absurdo, aliud subesse videtur). *est hæc*) * hæc est. *populo Romano copiis armisque*) P. R. copiisque remis (apud Faernum male *copiis armisque*).

c. 2. *gentium*) * generum. *is*) his. *populo Romano*) * PR. (unde optime edidit Faernus *prætore*). *M. Fontei*) Cn. Pompei (quod, sicut egregie demonstravit Garatonius, unice verum, et pessimo consilio immutatum est).

c. 3. *velint*) velit. *hominum etiam*) etiam hominum. *affero*) * adferta. *hominum*) * omnium. *videant*) videatis. *oppressis*). Hæc vox in codice deest, eam autem sive Beroaldus sive Naugerius temere inseruit. Tenendum enim est, quod modo attuli, *videatis*, mox pro *oppugnari* scribendum *oppugnare*: deinde autem pro *oppressis*, ubi sane vocabulum excidit, aliud reponendum, sed plane contrarii sensus: *victoribus*, arbitror: ut tota periodus sic procedat: *Dubitabitis — aliud — nihil agi, nisi ut — segniores ad imperandum ceteri sint, cum videatis eos oppugnare quibus victoribus P. R. imperium incolume esse non possit?*

c. 4. *ut non culpam*) non ut culpam. *quas*) ex quas. C. ANNIUM) * CANNIUM. C. ANNIO) * G. CANNINIO.

c. 5. *illi*) ille. *voluerunt*) voluert. *Fonteio*) a Fonteio. *Italia*) Italiam ac. *Roma*) Romam. *Croduni*) sic etiam Cod. non *Crodium*, quod apud Grævium Faernus perperam ex eo affert. *Numium*) * Munium. *HS*) * deest. *mille*) M. *Servium Croduni*) se crodunt. *qui*) quis. *Cobiamacho*) falso a Faerno *Cobiomacho* legi proditur. *Elesiodolus tantum*) Elesioduluscantum. (Omnes desperati loci lectiones repræsentare placuit, ad cuius sanationem nihil habeo quod conferam. Tantum in ultimo vocabuli monstro cum Pantagatho arbitror loci nomen confusum esse, non *Elesiodulis*, cuius nominis nullum novimus oppidum, sed potius *Elusæ* (Aquitanorum) aut *Elusione* (quod in via erat quæ a Narbone Tolosam ferebat): in ultima autem syllaba latere particulam *cum*, ita ut in sequentibus cum codice *exegissent* teneamus). *his*) iis. *exegisset*) exegissent. *ista ratione*) ratione ista.

* DE CRIMINE VINARIO. DE BELLO CONTIORUM. DE DISPOSITIONE HIBERNORUM.

c. 6. *quia*) qua. *æstimandum*) existimandum. *sapientia*) sapientiam. *tenet videte*) * desunt. (quæ correxit Faernus et recepit Grævius, *noluimus* et *iudici*, ex codice sunt). *Sapientior*) sapienter (vide ad Rabirianam). *unum*) his unum. (*coniecturæ* pro *coniectura* ex codice sumsit Faernus.

c. 7. *is*) his. *iudices*) iudicium. *res*) reo iudicium. *quid a fortuna*) quid fortuna.

c. 8. *M.*) L. *Volcarum*) * Vulgarum.

c. 9. *non*) ne. corr. no. *sit*) est. *cogitasse*) cogitavisse.

c. 10. *sanctam*) * vinctam. *arbitrantur*) arbitrabantur. *eam*) eam ipsam. *eos esse*) esse nos. *Gallis credere*) * cum Gallis iurare (atque ita edidit Faernus, quem quum postea desererent, unici codicis auctoritatem libidini nescio cuius emendatoris non doctissimi ævi condonarunt).

c. 11. *erecti*) recti. *convictus*) convictis. *invisus*) invitus.

c. 12. *quidem*) quod. *nomen est amplissimum, ut velint*) * nomen amplissimum volunt. *vobis in M. Fonteio*) vobis M. Fontei. *si non vera, attamen ficta*) si vera non * at deficta.

c. 13. *ac libidinum*) * ad lubidinem.

c. 15. *claris*) deest vox a Grævio inserta. *pop. Romani*) reipublicæ.

c. 16. *Video, iudices. Nos et*) * Video iud. c. et. *a Thracum*) atgrecum. *fuit*) * deest. *illæ*) istæ. *pugnat*) * propugnat.

c. 17. *nunc*) num. *tendit*) tendet (cuius contrarium posuit Faernus). *possent*) * possunt. *perturbato*) conturbato. *ut plus*) uitius.

AD ORATIONEM PRO: FLACCO.

Incipit c. 17: a verbis *litterarum si veras*.

c. 17. *sinunt*) sit. *ille nescio quis*) * iste nescio qui. *recitatis*) recitatis. *debet*) debent. *videtur cum*) videtur cui cum. *cuiusquemodi*) huiusmodi. *dubitatis*) dubitabitis (optime, atque id exhibent cum 8 codicibus et plerisque editionibus antiquis, Lambinus, Manutius, atque illa editio, quam apud Lagomarsinium numero 74 denotatam, Faernianam esse credo: ut appareat eam lectionem quæ nunc pro vulgata obtinet, sicut aliis innumeris in locis factum est, casu in Gruterianam se intulisse, de cuius sinceritate nimis raro quæsitum est). *eidem*) idem. *honesti et graves*) honesti graves. *efferretur*) * hæc fereretur. (apud Grævium ex Faerno falso *ferrentur* editum est). *magna*) magnæ. *consessuque*) consensuque (sic 15 Codd. Lagom.). *Lælius*) L. Lælius. *periculo nostro*) nostro periculo. *quod*) * quum. *arborem fici numquam*) arborem nunquam. *te ex aliqua parte relevavit*) * * te aliqua relevavit. *amisisti*) admisisti. *prodiret*) prodires. *dimisso*) * emisso. *at*) * ut. *actionis*) accusationis. *scelere se*) se scelere (sic etiam 14 Codd. L. et edd. ante Gruterum). *verum etiam maleficii*) * * verum maleficii. *sed de*) * sed quoniam de. *Mithridatico*) * * Mithridatico crimine. *disseruit et subt.*) disseruit supt.

c. 18. *aliorum*) * illorum (atque ita fere omnes codd. L.). *convictus*) * victus. *una legatus*) legatus una. *neque*) nec. *furti*) furtim: *senatorum*) senatorium (iterum sic omnes ante Grut.). *damnatus et bona*) damnatus est bona. *quod is populo*) quod populo. *Lysaniæ*) Lysiæ. *frater*) fratrem. *publicæ*) publice.

c. 19. *conficiendarum litterarum diligentissima*) * conficientissima litterarum (scilicet ante Turnebum omnes ita legebant). *tribus Quæstoribus quatuor mensariis*) Quæstoribus quatuor mensariis. *maiorem etiam aliqu m*) * * maiorem aliam (m. et. aliam 6 codd. L.) *iidem*) * fide. *perscribunt*) præscribunt (cum 2 codd. et Ven. pr.). *nominatim Flacco*) Flacco nominatim, *istud*) istuc. *nisi mihi*) nisi hunc (leg. hanc) mihi. *in clarissimis est*) est in cla-

rissimis . *Tmolo*) a m. pr. Molo . *uni*) una . *frumento*) * in frumento (Sic codd. L. et edd. ante Manutium). *Varino*) Varinio (bis). *litteris a P. Var.*) litt. a Var. *nemo postea*) postea nemo . *quæso*) quæse .

c. 20. *mutuam*) * tum (sic 5 codd.) , *Stola*) * Siloga . *iudice*) iudices (sic 3 codd.L.). *Veratii*) * Nerati (sic 9 codd. L.) , *C. et M.*) C. M. (sic 10 codd. L.). *Fusiis*) Fufiis (atque ita semper *Fufii* , *Fufianum nomen* etc. itidemque modo 4 , modo 5 codd.L.) . *fide sumsit a Fusiis*) fides sumpsit Fufiis . *sese*) se . *ubi nihil — litterarum*) desunt (v. Urs.). *quidem*) tamen. *respondet*) respondit . (sic 12 codd. L : mox in 10 Codd. ingens lacuna est). *vexavit*) vexat (sic reliqui codd. L. et fere edd. ante Manutium). *illa*) in illa (sic omnes ante Gruterum) . *oratione*) ratione (sic codd. et edd. antiquæ).

c. 21. *iudicatum*) iudicatus (sic unus cod. L.) . *ostenderet ab*) ostenderet et ab (cum codd. et edd. ante Manutium omnibus) , *abiit et*) * habitet. *quoniam te*) * qua te . *abduxisti*) adduxisti (sic codd. et edd. priscæ). *convertet*) convertit .


c. 22. *multa et magna*) multa magna (sic edd. 4. antiquæ). *Pythodori* , *Ætideni* , *Lepisones*) * Pythodoria et idem iepisone , (ita codd. 6 L. et edd. antt. Iam vero illa quoque quæ Faernus reposuit , omnesque deinde retinuerunt , omnino barbara sunt nomina atque inaudita , neque in ipsa Caria ferenda , Ac pronum quidem est *Archidemi* corrigere , cuius hominis paulo post mentio fit ; tertio loco *Critones* ex bariolatione scribere quam tam tetra ferre malim . Certe in rotundata scriptura , præsertim ut s longum fuerit , nihil fere differt *Critones* ab *episones* .). *putidum*) puditum (illud vero nihil est præter operarum vitium in ed . Græviana) . *sedent*) sedeant (sic 4 Codd. L.). *faciem*) * speciem (sic 6 codd. reliqui L.) . *proterendum esse et*) * * proterendum et (idem habent cod. unus et edd. principes) .

c. 23. *in re sit ut*) * * in re ut (ita cd. Ven. pr. Mox redeunt codd. 10.) . *ista*) sta (quæ scriptura fortasse ad synalœphen referri possit) . *severe*) vere . *erat ei Castriciano*) erat Castriciano (sic 2 edd. antiquæ) . *exsiluerunt*) * siluerunt (sic omnes ante H. Stephanum) . *ipsius*) * * istius . *usque eo*) * * usque adeo .

ADDENDUM

ad pag. 60. adnot. *difficile 'st*

Quum hæc scribebam non animadverteram quæ P. Victorius ad Epistoll. I. 9. p. 56. ed. Neap. adnotavit : ubi quum priores editiones haberent *impunitatem scelerum eorum sententiis* , ille docuit vetustiores codices habere *impunitatem stillorum sententiis* , pro *impunitatem est* , eamque scripturam semper esse in Mediceo , ut in melioribus Plauti et Terentii codicibus , suppressa *e* littera .



IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendissimo Patri Sac. Palatii Apostolici Magistro.

C. M. Frattini Archiep. Philippensis Vicesg.

IMPRIMATUR.

Fr. Philippus Anfossi Sac. Pal. Ap. Mag.

MAG 2023136

Digitized by Google

Digitized by Google

1. EXEGITSUMMAMARMA
QUEOMNIAADEMITTRANS
UGASLIBEROSUIUOS
cTHP

2. hISPANIENSISLE
GATIOCONSECU
TASTTURBULEN
dFmgx

3. \ademegouobis q auc
torhujusjudicii cla
mopraedicodenun
fx.

4. perquamproduntur
animiincertumest
quamsimpliciterde
bfchx

5. ANTONIUSIU
LIANUSRHE
TORPERQUAM
BCDFGX

6. CIEITICURSUUAESANUMCAESARISAGMEN

7. 10 100 19


BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE
ROMA

CESARE SARROCCHI
Legatore di Libri
PALAZZO DELLE SCIENZE
Via Lungara 10
Via della Croce 8 [illegible]

